

BOSTON MEDICAL LIBRARY  
in the Francis A. Countway  
Library of Medicine ~ *Boston*














Digitized by the Internet Archive  
in 2011 with funding from  
Open Knowledge Commons and Harvard Medical School













<sup>e</sup>  
ALFONSI FERRI

NEAPOLITANI ARTIVM

Et Medicinæ

Doctoris

De Sclopetorum siue Archibusorum  
vulneribus <sup>bollica fulmine 23</sup>

EIVSDEM

De Caruncula siue Callo quæ

Ceruci Vesicæ in-

nascuntur.



Romæ apud Valerium & Aloysium Doricos Fratres

M. D. LII.

Sum Cath' Lib' hinc inveni vbon hinc inveni  
Bononia 10 Bolon. 15 61

Schuman "22/26" W.V.I.

Military Med.

ALFONSO TERRELLI

CHIRURGO

Et Medico

Doctore

De Schipbraken der Archipelago

Indonesien

1872

De Geneeskunde der Oorlog

Geneeskunde

1872

Verlag von Veit & Wagner, Bonn

M. D. 1872

45762

EXCELENTISS. HEROI D. GAR  
TIAE DE TOLETO

In Regno Neapolitano Hispanorum Duci.

Alfonfus Ferrus. S. P. D.



VM ea semper fuerit litterarum dignitas, & quasi prerogatiua ut principes honestum, gloriosumq; rati fuerint, quodcunq; earum genus sit (modo non obscænuu) sibi dedicari. probanda est profecto eorum sententia, quorum scripta in uirorum illustrium nomine apparuerun. Fieri. n. posse hoc pacto credere, & ut ad suorum studiorum opera lectores qui nihil nisi elaboratum ingenio, ac omni ex parte absolutum supremæ fortunæ hominibus mitti existimauerit, libentius allicerent. Et præclara illorum auctoritate freti acres inuidiæ morsus & uenenatas obtrectatorum linguas minus extimescerent. Vtrumq; me consecutum putauero, si te auspice, quem non minus ipse inter heroes suspicio, quam generis claritas, promptissimum ingenium, maximus rerum usus, admirabilis prudentia, insignis gloria, & incredibilis rei militaris peritia te conspicuum reddat: lucubrationes hæcæ meas memoriæ prodiderim. Opus (nisi longe fallor) non inutile & tibi (ut spero) non

Milvius

iniucundum. Quippe, qui & bonas artes foues, & militum salutem, quibus præcipue labores hos nostros usui fore, animaduertes, diligenter consulis. Poterit uel ex eo abs te probari, quod ex infinito penè artis medicæ professorum numero uix quispiam hæcenus hanc materiam attigerit. Exposcebat porrò insuetum teli genus nouum curandi modum, exquisitamq; medendi rationem. Quæ propter nihil hic mihi subticendum esse statui, quod aut longa experientia conijcere, aut flagranti studio consequi, ipse ualuissem. Et quia potius alijs prodesse studui, quam gloriolæ rationem habendam esse censi, uolui que cunque perniciosi huiusmodi fulminis ictu percussis conducere arbitrarer, quanto fieri posset breuius, perstringere. Ego & si huic rei summum studium abibui non deerunt tamen uel qui fortasse adhuc sagacius indagent, uel qui materiam latius pertractent, nec ideo minus præclare mecum actum iri putauero. Videbor, n. cum primus ausus fuerim glaciem frangere, etiam ex posterorum scriptis gloriæ partem iure meo quodam modo mihi uendicare posse. Tu interim læta fronte cape qualecunq; est munus. Dei uero optimi maximi exemplo non id ipsum, quod quidem rei æstimatione paruum est, sed amoris mei erga te magnitudine & animi propensione metiaris uelim. bene Vale.



ALPHONSI FERII NEAPOLITANI,  
 Artium, & Medicinæ Doctoris,  
 De Sclopetorum, siue Archibusorum uulneribus,  
 Liber Primus.

PROAEMIVM.



V LNERVM, quæ sclopetis, siue archibusis inferuntur, nulli ueterum meminisse potuere; quando hoc malum recens est inuentum. Recentiores uero Medici quibus id curæ esse debuit; insueti fortasse uulneris atrocitate deterriti, uel ex toto rem silentio præterierunt, uel certe admodum pauca, atq; ea à uera medendi ratione aberantia, pæce eorum dixerim, attigerunt. Ab exiccantibus. n. & sanguinem supprimentibus curationis suæ initium accipiunt; nulla habita ratione morborum inter se distantium, atq; eorum quæ illis sunt innexa. Quam ob rem nos, ut saluti hominum pro uirili parte nostra consulamus, ac chirurgicæ medicinæ studiosos, quantum in nobis est, iuucemus, non ab re fore duximus, hæc nostras lucubrationes in lucem

proferre , quæ sunt diuise in libellos treis. In quorum pri-  
 1 mo , de ea ipsa re , medica , ac diligenti speculatione ,  
 nec non ualidissimis , nisi fallor , rationibus disputauimus.  
 2 In altero , curationes , & remedia , quæ multo studio ,  
 summa diligentia , longoq; usu , & domi , & belli , uera  
 esse cognouimus , proposuimus . In tertia , atq; extremo ,  
 3 de interioribus uulneribus studiose præcepimus . Quæ , si  
 diligentius , uti pars est , medici fuerint executi , & es-  
 grotantium sanitati recte prospexerint , & sibi ipsi lau-  
 dem non mediocrem comparabunt .

Quid sit uulnus per Sclopetum, siue Archibusum illatum.  
 Caput primum .

**V**Ulnus Sclopeto, siue Archibuso factum multiplex est  
 morbi genus , multiplexq; continui solutio , non carens  
 ueneno . Multiplex morbi genus esse propterea dicitur ,  
 quod in eo uulnere adustio , contusio , attritio , fractura ,  
 uenenum est : Quorum quilibet per se genus morbi efficit ,  
 atq; in suas species diducitur .

Quid per adustionem hoc genere uulneris sit  
 intelligendum . Cap. II .

**A**Dustio in hoc genere uulneris solutio continui est, facta ab instrumēto igne calefacto afferente dolores, pūctiones, pustulas, crustas, caliditatem, attractionem in id membrum in quo fit: quæ in suas species diuiditur pro diuersitate membrorum in quibus fieri contingit, ut puta, si membrum neruosum sit, exangue, osseum, carnosum, nobile, uel ignobile. Ac tales quidem adustiones, seu debiles sint, seu uehementiores, cum membri particulam suapte natura destruant, quartum caliditatis gradum attingere uidentur. Quambrēm; ut Ras: inquit, exasperatur uehementer adustionis locus, ita ut eo profluant humores, qui, quoniam ab adustionis crusta prohibentur, ne dissolui possint, membrum corruptioni, & putrefactioni parant.

Lib. 27.  
cont. cap.  
3. Tract.  
2.

### Quæ sit membri adusti curatio Cap. III.

**H**Oc autem morbi genus curatur ab Auic. duplici ratione, una adusti membri pustulas prohibente refrigerantibus medicamentis, & illis quidem non mordicantibus, altera uero adustam particulam detergentibus corrigēte, cum exiccatione quadam temperata sine mordicatione. Verum quia in hoc uulneris genere, atq; hac adustionis specie, quæ artificiali puluere fit, partes aliæ uulnerati

membri sunt actu, alie non actu, sed potentia adustæ, & male affectæ, propterea medicamenta mixta esse debent uti moderata refrigeratione pustulas prohibeant, tum de siccantibus, ac modice calefacientibus, detergentibusq; adustionis curationem perficiamus, quo partes affecte non minus corrigantur, quàm adustæ curentur. Ratio autem, quam obrem calidum, ac detergens medicamentum conueniat, ab Arist. assignatur, quoniam illud ab igne colliquatum absumit, exiccâtq; atq; ita sanat. Calidum etenim, ut ille ipse docet, est quod elliquando am- busta facit, exiccando tollit.

*Calida*  
*1. prob.*  
*problema*  
*te. 56.*

Sclopeti, uel Archibusi puluerem uenenosum esse,  
& in quo genere ueneni reponatur.

### Cap. IIII.

Dicitur præterea huiuscemodi uulnus non carere ueneno, quod per puluerem uenenosum, seu uirulentum globulū est illatum: quod ita esse ex eius compositione ostenditur.

*pul.* Constat. n. ut fieri consuevit, uel ex nitri partibus decem & una sulphuris: uel ex sulphuris partibus duabus, ac totidem colurni carbonis, uel saligni. Sulphur autem, ut *2. Cano.* Auic. asserit, calidum, & siccum est ad quartum gradum cum attractione, a tq; attenuatione. Nitrum uero, quod bauracti



bauracti armenum ab eodem dicitur, calidum & siccum Can. 2.  
 est in fine secundi, ad tertium tamen eius siccitate uergen cap. 88.  
 te, quod quidem uehementer abstergit, excoriat, incidit  
 quamuis cum axungia suilla superpositum canis morsui re  
 medio sit salutari. Corylus autem frigide, & siccae natu- Auic. 2.  
 ræ est gradu primo: licet eius fructus paululum inclinēt can. cap.  
 ad caliditatem. At salici frigida, & sicca uis est, cum 43.  
 moderata (ut ita loquar) stipticitate, cinis autem eius  
 uehementer exiccat. E quibus constat puluerem quartum  
 caliditatis gradum obtinere: propter eorum uim ex quib-  
 us conficitur: atq; eo (ut diximus) uenenatum esse.  
 Argumento etiam sunt eius artifices, qui confectionis,  
 siue præparationis tempore ab acribus abstinent: ut sunt  
 allia, ut Cepe, ut acetum, ac cætera generis eiusdem.  
 Experimento etenim, & si causam ignorent, ea sibi ob  
 esse cognouerunt. Aperiendi .n. uis & incidendi, tum  
 prædictorum ciborum acrimonia efficit, ut pulueris ma-  
 lignitas ad cordis intima, & membrorum principalium  
 penetret. Quamobrem commonet eos Auic. quibus à ue-  
 neno timendum est, ut ab acribus cibarijs, salis, acu- Fen. 6.  
 tis, aromaticisq; abstineant. Talia .n. ueneni saporem cap. 2. 4.  
 & occultant, & frangunt, penetrareq; cogunt. Sed  
 cum ipsi artifices fateantur se, tum cribrando, tum con-  
 terendo, non nihil pulueris haurire; deglutireq; nemi-

Simp. 3.  
cap. 17

ni dubium est, si alijs cibis utantur, illum non modo eos non uexare, sed ne moleſtare quidem. Causa est, quòd ad uenas non tendit, uel eis non officit uenenata uis, ut potè qui huiusce modi ueneno assucuerint. Ex frequentata tatis, n. actibus talis prouenit habitus, ut quod in puluere ueneni est, ijs obesse non possit; quando ab asuetis, ut Philosophi perhibent, neq; actio, neq; passio fiat, quod & probat Gale, de muliere quæ fuerat napello, ut uulgo appellant, nutrita, uerum enim uero in quo ueneni genere puluis istiusmodi reponendus sit, rem alius aliquanto repetentes iam iam ostendemus. Venenorum itaq; (ut peritiores nouere alia sunt intrinsecus assumpta) quæ uel in cibo, uel in potu, uel in medicamentis præbentur, procul dubio pernitiōsa sunt, de quibus quidem auctores non pauci, tum ad eorum cognoscendam uim, tum etiam ad curationem plurima tradiderunt. Alia, quæ extrinsecus lædant, ut Basilisci, ut Aspidis; ut Viperæ, è quibus unus uisu: sibilōq; altera; saliuā, Tertia morſu hominem occidit, de quibus plura dicere in præſenti omittimus, cum ad institutum hoc opus haud quaquam pertineant. Est & aliud uenenorum genus, quòd noster potissimum sermo dirigitur, quod tactu uulnerando perimit, ut sunt omnia armorum genera; aliter, aliterq; uenenata, quæ solutionem extrinsecus faciunt, cum ma-



ni festa , tum occulta ui , ut recitat Auic. de milite , qui 64. cap.  
 ex lanceæ contactu : qua serpentem occiderat , mortem 22.  
 obijt : cuius primum manus , deinde uniuersum corpus  
 emortuum est , quod quidem an latenti , ac propria qua  
 dam uirtute , an euidenti causa factum sit , cum ueneni  
 sit proprium altero ex his duobus modis nocere , manifestum  
 est uenenatam uim per poros ad interiores meatus , 6. 4.  
 & uenas , arteriasq; , & tendines penetrare , per quas Tract. I  
 quidem , ceu per quosdam riuulos ad nobiliora membra cap. 2.  
 defertur , aliud post aliud inficiendo , ab eaq; parte sum  
 pto initio quæ primo contactu læsa est , donec ad ipsum  
 cor , uti ad membrorum omnium nobilissimum peruene  
 rit , cuius quidem rei causa arteriæ sunt , ut pote quæ sua  
 dilatatione semper attrahant quicquid eis offeratur. Cuiusq;  
 autem ueneni proprium est pctere cor : quamuis per  
 exiguas uires habeat , quoniam præceteris membris cor  
 di aduersatur , tum illud festinanter appetens quicquid  
 inuenit , destruit , tum sanguinem , tum spiritum in  
 ficit . Multa itaq; magis , si magna uis ueneni sit , uehe  
 menter agit , extenditurq; ad extrema , inde ad cor , mi  
 ro quodam artificio . Spiritus. n. sentiens ueneni aduers  
 santem uim , ad cor , tamq ad suum principium , arcemq;  
 contrahitur , uerum , quo magis uitalis spiritus in præ  
 cordijs coartatur , suum contrarium fugiens , eo magis

illum uenenum persequitur . Quapropter ea membra , per quæ transitum facit , priuantur spiritu , & calore quibus reguntur . Quod quidem fit , quoniam agens omni patienti suo præstantius est . Venenum .n. in corpore & membro , cui adhæserit , agens est , corpus uel membrum , patiens . Hinc fit ut membri humiditas corrumpatur , putrescat , atq; extinguatur passim animalis , & naturalis uirtus : cum ad cerebrum perturbandum , & ad iecur peruenit uenenata ius ; a quibus in omnia corporis membra diffundatur . Quoniam autem uitalis , naturalis , atq; animalis spiritus ueneni malignitate uitiati sunt , & distribuendi ad omnia membra , ad suas exercendas actiones ; facile est , ut ea omnia ab his inficiantur . Sed nunquid pulueris uenenata ius loca quædam propria habeat , ac specialia , quæ post cordis læsionem offendat , ut de lepore marino traditur ; cuius ueneno ubi cor læsum est , suapte natura pulmonem petit ? & de cantharidibus , quæ , ut idem læserunt , urinæ instrumenta magno pere infestant ? Mihi quidem uidetur , non eam esse huius pulueris proprietatem , quæ ubi cor inuasit , membra ulla specialiter lædat , sed indifferenter cuncta . Cum .n. calidæ naturæ sit , quarto gradu , ut ex simplicibus colligitur è quibus fit : & cum proprium calidi ueneni sit celeriter agere , ideo calidum uenenum , modo sint cætera

paria, citiusq; frigidum, uel humidum, uel siccum con-  
tendit ad cor; quam caliditatem mirabilem uocat Auer-  
roes, nec ab re quidem: quoniam quamq; uenenum exi-  
gunm sit, breui tamen interuallo temporis mirabilem  
producit effectum mortificandi scilicet, atq; interficiendi  
tum quia id, & si calidum sit, difficilis tamen concoctio-  
nis est, ac diutius moratur uenenata eius uis, ita ut ce-  
lerius penetret, occisionem, q; nutritionem preueniens.  
Is autem puluis non ab re uenenosus dici potest, propter  
eius facultates, quæ cum proprietate, & natura mixti  
conunguntur. Substantia, n. eius tenuis, & uelocitas  
maiores illi addit penetrationem, uehementioremq;  
Augetur etiam à motu, qui maioris caliditatis causa est.  
Ignem, n. igni si addas, furere illum necesse est. Extrin-  
sicum itaq; id instrumenti artificium uelocitatem quan-  
dam, & subtilitatem, penetrationemq; auget in mixto.  
E quibus sanè constat puluerem huiusce modi non carere  
ueneno, tam ex natura simplicium, quam artificij, ad-  
dentis calcar (ut dicitur) equo currenti. Venenatum  
itaq; medicamentum hoc calidum habitum malum induxe-  
rit principalibus membris, & illi, quod læsum est, pu-  
trefactionem, mordicationem, rosionem, ulceratio-  
nem, corruptioniq; parabit. Quæ quidem omnia calidi  
ueneni propria sunt. Impressiones autem hæ, siue acci-

3. Simp.  
Cap. 20.  
& 21.



De Feb.  
pest.

dentia maiora , uel minora sunt , intensa uel remissa pro dispositione agentis in patiens : agens .n. cum peruenit ( ut scribit Auic. ) nec patienti est preparatio , non prouenit actio , neq; passio , quod & Gal. sentire uidentur . Actus .n. ( inquit ) actiuorum fiunt in patiente disposito . Ilæc autem dispositio agentis in passum , uel contra , consideranda est Medico rationali propter uelocitatem actionum sui effectus ( ut dictum est ) atq; ex malo patientis habitu . quorum usu obstructis , & ueluti carcere inclusis uenenis in membro patiente , longa mora et iuncta usu astringentium ui ueneni , & propulsa penitius , multo acrius & uelocius agunt , quæ cum non remouet ex templo , non desinit eius malignitas inducere prauas qualitates , & effectus , qui corrigi non possunt . quare merito ( ut Auic. inquit ) putrefaciens , quanto diutius remanet in corpore uel membro , tanto eius effectus deterior est . Quapropter si malignitati extrinsecæ uulnerati membri tempesti ue succurratur , suo bezo artico ( ut uocant ) medicamento minus læduntur interna membra , minusq; ab eorum ueneno timendum est . Quæ obrem recte inquit Gal. uenenatas medicinas non interficere , nisi longo post tempore , quandoquidem ad plura extenduntur loca ueneni uires , atq; ita uehementius agunt propter longam moram , quæ omnia tolluntur , si

corrigentibus , ac defendentibus medicamentis ueneno ,  
 seu uenenatæ parti extrinsecus , uel intrinsecus occurrat  
 ur , membraq; à mala ueneni impressione defendantur ;  
 ita ut longo tempore re percussa debilitentur , refringan  
 turq; eorum actiones . Talis .n. uenenata uis contactu  
 agens manifestam imprimit læsionem . Non equæ tamẽ  
 ( ut mea fert opinio ) ueneni tantum puluis hic habet ,  
 quantum ea medicamenta , quibus & sagitta , & reli  
 qua telorum , uel armorum genera tinguntur in solutis  
 continuitatibus sanguinem congelando , quamq; potest &  
 is puluis congelare præter cæteras læsiones , licet calidus  
 natura sit ; quoniam ( ut ex Gal. auctoritate Auic. affe  
 rere uidetur ) caliditas congelat siccitatem ; quemadmo  
 dum frigiditas spissitudinem . Proprium .n. ueneni est sanz  
 guinem , cum à calore afficitur , congelare . Immodica  
 item uenenosi siccitas , sanguinem cordis humorem consu  
 mendo , interficere poterit ; aut partem à parte separan  
 do , donec fiat maxima solutio interna , & non minus  
 crustosa , ac si externa apparet ; ueluti calx , nitrum ,  
 sulphur , ac cætera generis eiusdem , quæ sua ingenti sicci  
 tate interimere possunt . Hæc autem siccitatis uenenata  
 uis ab incendio , & fulgureo ( ut ita dicam ) motu , quo  
 uires uenenosæ augentur , incrementum accipit maximum  
Ille enim , quæ à fulgure percussa sunt animalia , & ex

Can. 2.  
 Aëtra. I  
 Cap. 3.

tincta, uenenata sunt, si qui uescantur; nec minus interficere possunt, quàm ravidum animal morsu, tactuque. Sed quantum gradum ueneni habeat hic puluis, siue a tota simplicium compositione, è qua prouenit forma, quam specificam dicimus, non autem quia calidus, neque siccus, sed quia talis sit, seu uis ea ab euentibus facultatibus prodeat (ut dictum est) ignoratur, perpetuoque (ut ego existimo) ignorabitur ut asserere Auic. uidetur. De hac enim definita mensura experienti Medico, atque erudito multum tribuitur; & illi quidem potius fidendum, quàm rationali tantum (ut Aristot. inquit) sed ego quidem arbitror inter uenenorum letalia genera, quibus tela siue arma inferuntur, pulueris istiusmodi uenenum remissius esse: & quàmuis ab eo illata accidentia simpliciter interimere posse non uideatur; uerumtamen quantum uis exigua sit uenenata uis, eius habendam esse rationem censeo, nec à Medico pro ægri salute negligendam: cum eius naturæ sit infestare, uel interficere, si diutius sine remedio immoretur. Venenum, n. medicamentum est corporis habitudinem corrumpens, non modo suapte aduersanti atque euidenti, sed occulta quadam uis (ut Auic. placet.

Fcn. 2. li.  
 1. doct. 2.  
 summa.  
 1. ca. 15  
 In proæn  
 Meth.

Can. 2.  
 cap. 4.  
 tract. 1.

Cuius



Cuius facultatis bezoarticum medicamentum curationis  
Initio sit eligendum Cap. V.

**P**Rauum me hercule, uulneris hoc genus est, ad ho-  
minum uitæ insidias compertum, necemq; acerbam infe-  
rendam; à quo sanè uel pauci euadunt; uel qui liberan-  
tur, claudi, fistulosi attracti fiunt. Quorum gratia hunc  
laborem suscepimus, ac ne imperitis medicis hoc uulne-  
ris genere amplius aberrare liceat; qui sine ullo discrimi-  
ne in prima curatione oui albo utuntur, uelut in quolibet  
simplici uulnere, & carnosio fieri consuevit, nulla ratio-  
ne, uel autoritate permoti. Præcipit. n. Gal. cauendum  
esse; nequis medicorum, uenenatorum animalium mor-  
sus, ictusq; initio illati uulneris astringentibus medica-  
mentis curare tentet; quinimmo uehementer attrahentibus,  
calfacientibusq;. Quam recte itaq; Mesuæ filius, Studium  
(inquit) tuum principio sit in uulnere laxando extrahē-  
doq; ueneno, anteq; toto corpore diffundatur. Ac per  
principium, diem secundum, uel tertium ab influcto uul-  
nere intilligit; quando post quartum diem, uenenum to-  
tum corpus occupauit. Paulus item medicamenta corroden-  
tia prima curatione apponenda iussit, exinde butyrum

leniendi gratia, & oras adustas emolliendi. Quo etiam  
genere medicamenti usus est Auicena. Ait. n. forte tibi

necesse erit, ut medicinis corrodentibus utare proinde lū-  
 tyrum adhibere, quantum uero differant rodentium me-  
 dicamentorum facultates ab oui albi natura, nemo est, qui  
 dubitet. Differunt enim, ut album à nigro, ut lux à te-  
 nebris. Oui si quidem album compescendo, ac refrige-  
 rando, resolutionemq; ueneni extrinsecam prohibendo;  
 quin etiam uiscosa & glutinosa sua substantia poros ex-  
 trinsecus claudendo ad interiora, uenenum, si quod est  
 penetrare cogit. Corrodentium autem, & calfacientium  
 medicaminum, est euocare, aperire, extrahereq; non  
 modo uenenum, sed & sanguinem, superfluosq; infectos  
 humores ex toto auellere; ne membra ipsa interna a uen-  
 eno infici possint, sed quæ uulnerata sunt, omni suspi-  
 cione ueneni liberentur. Quamobrem iure Ras. Simeos-  
 nis auctoritate afferere uidetur, ut primum emplastris,  
 cucurbitulis, scarificationibusq; uenenum extrahatur.  
 Serapi. item locum exugi, scarificariq; iubet, & cucurbi-  
 tulas admoueri, uti uenenum ui eximatur. Quod si reme-  
 dia hæc minime conferre uideantur, membrum abscinden-  
 dum esse. Quam ob causam ne id efficere cogatur Medi-  
 cus, præcipit Phil. ut uenenatum uulnus ferramento ini-  
 tio aduratur; quæ res & ægrum liberat, & uenenum al-  
 tius penetrare non sinit. Vnde non iniuria asserit Auic.  
 nullum attrahentium medicamentorū æqui pollere cauterio

Oui alb.

Cap. 2.  
 Tract. 2.  
 lib. 35.  
 cont.

Caution

Abstineant itaq; obsecro, imperitiores Chirurgici ab hoc prauo medendi usu. S. curationis initio, oui album, atq; id genus cætera subministrare, ne carnifices magis, atq; hominum uitæ insidiatores, q; Medici esse uideantur, maioremq; læti causam ægris præbeant, quàm ij, à quibus uulnera acceperunt.

Quid per contusionem hoc genere uulneris sit intelligendum. Cap. VI.

Proprium quidem istiusmodi uulneris est, contusione non carere in carne, contritione, siue attritione in neruo, fractura in osse, ob instrumenti contundentis naturam; quod sua uiolentia obtusaq; duritia soluit ac destruit quicquid sibi obuium est. Tum quælibet istarum multiplex continui solutio dicitur, Auth. Auic. quæ sanæ causa est, ut eo loco abscessus fiat, ac putrescat membrum, quod contusum, attritum uel contritum est. Ac earum quælibet consideratur, uel prout est in euidenti uulnere, hoc est ea parte, qua soluta continuitas est, aut ubi non sit manifesta solutio, i. procul à centro soluti continui. Hæc quidem animaduertenda est in membris intrinsicis ac nobilibus, aut in extrinsecis, minusq; principalibus. Affunditur enim ad partem

contusam siue contritam sanguis plurimus, non modo propter multiplicem solutionis continuitatem, uenarum, arteriarum humorosagiam, uerum etiã propter dolorem loci attriti, uel contusi: qui dolor à membris adiacentibus eo attractionis causa est. Quapropter merito affunditur sanguis plurimus. I. humorum copia, & in membro abscessus fit, qui quidem poros condensat, resolutioq; congestæ rei plerunq; prohibetur. Proprium etenim contusionis est abscessum fieri, & abscessus membrum, implere meatusq; obstruere, ac solutionem prohibere. Quamobrem iure Hypp. sanguis cum effuderit (inquit) in membro aliquo, præter naturam ipsum putrifieri necesse est, ac si extra proprium locum existere uideatur, atq; à regimine naturæ sit derelictus. Gal. item asserit, omne contusum necessario putrescere, atq; insaniam uertiti, si precipue sanguinis contusi solutio non acceleretur. Atq; hoc ipsum est, quod ait Auic. nisi contusioni soluentibus medicamentis opportune succurras, membrum perducitur ad corruptionem. Quare in omni uulnere, ubi quassatio, attritio, & contusio sit, prius habenda ratio est, & curatio contusionis, & quassationis. Non enim sunt indutiæ ab hoc morbi genere (ut inquit Gal.) immo propter coaceruati sanguinis putrefactionem, corruptionemq; membrum quàm ocissime canerena occupatur.

3. de curandis

morbis. 4

4. tract. 5.

Cap. 5.



Quare acceleranda est eius curatio, & putrefactioni  
occurrentum;

Quæ curatio contusioni conueniat

Cap. VII.

**P**Reter cætera morbi huius remedia, illud præcipuum  
est, cum magna contusio altâq; fuerit, siue carnosâ, si-  
ue neruoso membro, tum sanguis plurimus coaceruatus,  
siue coaceruandus est, partesq; adiacentes, & uulneris  
oræ ( ut assolet ) ~~laceratæ sunt~~. Tunc impossibilis est re-  
solutio, & partium adiacentium unio per oui album, ac  
cætera quibus continuitates uniuntur. Quinimmo emolli-  
entibus, digerentibusq; & sanguinem euocantibus uten-  
dum est: atq; illud est ( quod inquit Auic. ) in attritione  
contusioneq; non oportere administrationem fieri cum re-  
ductione continuitatis incisorum carnis, uillorum, ac ten-  
dinum, cum ipsorum consolidatione. Quoniam in eo  
attritionis, & consolidationis genere, suapte natura con-  
solidationi repugnat. Sanguis enim putrefactus, caro,  
neruiq; dilaniati præsentem consolidationem non admit-  
tunt; quinimmo quæ sedant dolorem, ut quæ leniter mol-  
liunt resoluuntq; contraria sunt consolidationi. In ipsa  
igitur soluta continuitate, ubi attritio, contusio, uel con-

4.4.tra.

2. Cap.

2.

*Amoy* tritio fit, prima curatione huiusmodi astringentia, & compescentia, fluoremq; prohibentia nullo modo administranda sunt, sed uehementer mollientia maturantiaq; ut præcipit Gal. carnem inquit compressam, uel abscissam, uel tendinem medicare; ut, ut suppurabilis fiat, quoniam ita minus inflammat; necessarium etenim est compressam carnem, uel abscissam uel aliquo modo affectam; seu putrescensam liquefacere; ut proinde noua gigni possit. Quin etiam si contusio alta, magnaq; fuerit, atq; hæc leuiter resoluentia digerentiaq; conferre non uideantur, præcipit ut omnium attrahentium genere profunda materia extrahatur, ut cucurbitulis, quæ id morbi plurimum leuant, a medicisq; inuentæ sunt, ut humores educant, qui difficile extrahuntur. Cum hoc etiam præsentaneo remedio sunt scarificationes, ut aperte putridus, ac perniciosus sanguis (ut iubet Auic.) euacuetur. In alta enim contusione nulla resolutionis spes est, ab ijs, quæ id lente faciant, uel leniter molliant. Hæc præparatio in eo morbo necessaria est, ne prius membrum putrescat q̄ contusio resoluatur.

*Ex ualuar*

4.4. bra.  
2. cap. 2.

Quid sit fractura, & quæ eius species huic uulneris generi frequenter accidat. Cap. VIII.

**F**RACTURA est ( ut scribit Gal. ) continuitatis partium 6. Met.  
 ossis, solutio facta ab re contundente, ab instrumento  
 quassante, uel conterente; quæ plures species complecti  
 tur ( ut inquit Auicena ) Quædam enim æqualis fractu  
 ra dicitur, quæ sane illa est, quando os ita transuersum  
 frangitur, ut nullum prorsus frustillum ab eo separetur.  
 Quædam scissuralis, cum in longitudinem rumpitur, seu  
 scinditur, manifesteque aperitur. Quædam frustalis,  
 cum ita frangitur; contunditurque, ut frustula manifesto  
 separentur, uel contra siue unum sit, siue plura, siue  
 magna, siue parua. Quæ sanè fracturæ species in hoc  
 uulneris genus frequentissime accidit. Tanta enim fit  
 ossium, cartilaginumque comminutio, ut uix sensu uel  
 animo comprehendi possit. Nec solum in extrinsecis  
 partibus, quæ tanguntur, uerum etiam in internis  
 remotisque. Quapropter usque timenda est occulta, in-  
 ternaque fractura. Tanta enim huiusce instrumenti uis  
 est, & potentia, ut omnia eius genera ex facili ac-  
 cidant: nec Medicorum quisque est, qui dubitet, cum  
 manifeste soluta continuitate frequenter fieri, uel per-  
 raro sine manifesto uulnere, quæ diuersis modis con-  
 iectari potest, pro diuersitate membri in quo facta est.  
 Alio. n. modo considerabitur, cum in capite, uel pectore, uel  
 femore ægritudo sit, uti ( referente Albuc. ) alibi dicemus. Lib. 3.  
 Cap. 2.



Quapropter ne mirentur ægri, ac Medici, si uulnus dolor uehemens sequatur. Non. n. leue periculum est, si saucius locus uehementer afflicteret. Quare danda est opera ( ut inquit Gal. ) ut dolore & incommodo uitato, utriusq; commodo fruantur.

Meth. 6.

Quæ propria sit fracturæ curatio ac necessario consideranda. Cap. IX.

R. f.

Aui. 5. 4

Tract. 2

Cap. 2.

Cum Medicorum hoc morbi genere cura sit soluta coniungere, ac conglutinare, qua in re primum, nequid abscedat, requiritur, tum propter cætera communia, quæ id præstant, ac chirurgicam medendi rationem; quæ necessaria est, ut disiuncta coniungat, suoq; loco custodiat, recentiores Medici, antiquioresq; medicamine ex rosaceo omphacino cum oui albo, ac cæteris similibus usi sunt. Omne. n. studium est, ut dolor abijciatur prohibeaturq; abscessus: subinde uero ad membri consolidationem, atq; instaurationem, omnem curam transferunt. Sed si cum uulnere fractura fuerit, & uehemens attritio, ut de corruptione, & corruptione timendum sit, scarificandus locus est, ut sanguis fluat, alioquin ne emoriatur membrum periculum est. Quanta uero sit ossium, ac tendinû hoc pessimo genere uulneris attritio, artis peritiores

nouerunt



Inouerunt, qui in eo studium diligentiamq; adhibent ne putrefactio fiat, factaq; arceatur.

Quot sint eius uulneris curandi rationes

Cap. x.

LIBRI IIII

Vulneris igitur huius, quo ad combustionem, duplex curatio est, una quæ adusti membri pustulas prohibeat leniter refrigerantibus; altera quæ locum emendet extergentibus sine mordicatione. Quantum uero ad uenenum attinet, uehementer attrahentibus, ac calefacientibus utendum est, atq; omne studium in laxando uulnere est adhibendum, ut uenenum extrahi possit: & hoc quidem a principio, anteq; per uniuersum corpus diffundatur. Contusioni autem emollientibus, digerentibusq; tum saniem educentibus occurrendum est. Huiusmodi curatio necessaria est, ne prius membrum putrescat, q; contusio ipsa resoluator. In fractura uero diligentia omnis adhibenda est, ad dolorem sedandum, abscessumq; prohibendum leniter refrigerantibus. Sed cum de corruptione, corruptioneq; propter fracturam metus est, sca-  
*Vulnere*  
*Vulnere*  
*Contusio*  
*Fractura*  
 rificationibus est utendum; ut effluat sanguis uel corruptio tollatur aliquo ex uehementer detergeniibus, ne membrum emoriatur. Quæ omnia, cum inter se pugnãtia



ALFONSI FERRI NEAPOLITANI  
 Artium & Medicinæ Doctoris,  
 DE Sclopetorum, siue Archibusorum Vulneribus,  
 Liber secundus.

P R A E F A T I O .



**A**D compositorum Vulnerum curatio-  
 nes nunc descendendum est, quas tum  
 communes, tum proprias proponemus  
 pro rei necessitate, ac diuersitati mem-  
 bri. Nec solum in curandis uulneribus,  
 sed in his etiam quæ interim ægro possunt accidere studiũ  
 nostrum posuerimus, habita cuiusq; rei, quàm diligen-  
 tissime fieri poterit, ratione.

Qui sit in compositis Vulneribus curandis

Tenendus modus. Cap. I.

**C**ompositorum itaq; uulnerum, quæ bellicis fulminibus  
inferuntur, ut Sclopetis, ut Arcibusis, curationis duplex  
 est ratio, altera in intètionè, altera in executione posita,  
 quam nos partem præcipue prosequemur. Cuius quidem  
 est omnibus affectionibus subuenire, atq; ijs potissimum  
 quæ maioris esse momèti uideãtur. Leuia. n. uulnera &  
 quæ in sũma cute fiunt, sublata uirulenti pulueris malig-  
 nitate aliquibus ex ijs medicamentis, quæ proponemus,

D ij

uel nullo negotio curabuntur, ut simplicia Vulnera. Quamobrem non est, cur de illis multa præcipiamus. In ea igitur quæ grauiora fuerint, enixius incumbemus, ut pote quibus fractura, attritio, contusio associata est. Quod ut ratione fiat, hæc potissimum regulæ, siue canones (ut Medici locuntur) sunt obseruandi. Quorum primus est, ut plumbea pilula, & quicquid secum forte in uulnus intulerit, inquiratur extrahaturq; manu (si fieri possit) ita diligenter, ne quid alienum intus remaneat. Secundus, ut instrumenta ita præparentur ut quæ facillime pila extrahatur. Tertius, ut ueneno suis medicamentis occurratur. Quartus, ut attritione opituletur, ne nimia contusio, atq; attritio membri corruptionem acceleret. Quintus, ut comminuta ossa ita eximantur, ne frustillum quidem carne se paratum nudatumq; relinquatur. Sextus, ut ossa quæ cum carne & tendinibus coniuncta fuerint æquentur hoc pacto, itaq; suis sedibus reponantur, ut membrum sine dolore conquiescat. Septimus, ut à futuro abscesu defendatur, Octauus, ac postremus, ut uulnus ipsum per omnes suos gradus, & quicquid interim ex eo acciderit, quàm diligentissime curetur.

Quæ ad primum, & quintum Canonem obseruandum pertineant. Cap. II.

**I**gitur ut primus et quintus canon diligenter obseruetur.




cum primum ad ægrum Medicus accefferit digitum indicem in uulnus immittat , ut de essentia ac natura eius certior fiat , atq; interim ossium fragmenta , si qua inuenerit , extrahat , sed quæ carne separata sint , ut supra est dictum . Nullaq; sit instaurandi spes . Proinde diligentiori attretatione membri pila digito , uel specillo inquiretur , extrahaturq; , si commode fieri possit . Sed q; diligentissime aduertendum est , ne in ea inquirenda decipiamur , ut perfacile est . Tanta enim ui ex fulmineo quodam motu ferit , ut per multos , ac diuersos anfractus uulnus ipsum tortuosum infligat , nonnullaq; secum alia perferre soleat , ut lorice partes , uel cæterorum armorum , ut uestimentorum fragmenta , atq; alia , quibus postea locus , uel breui temporis spacio tam male afficitur , ut intumescat illico , abscedatq; , nonnullæq; fiant membranarum musculorumq; , ac cæterorum similium dissolutiones . Quapropter qui pertenui specillo utuntur ( ut uulgo fieri consuevit ) q; facillime fallantur necesse est , aberrat enim illud perfacile ex sua tenuitate huc atq; illuc inter musculos , inter membranas , inter , atq; intra uenas , atq; arterias , atq; ossa , atq; alia , qua pila per sæpe minus transitum fecit . Quam ob causam se se forte aliquando inuenisse existimantes , à contraria parte non necessario incidunt . Vnde nec pila ipsa , nec ossa , nec sanies , nec res

specillum annul
 ulla alia principalis uulneris exire possit. Quare ne amplius in re tam necessaria medicis errandum sit, nè uegri sine causa tam misere torqueantur, Specillum nostra cura inuentum, quod ex re annulatum appellare libuit, sane quam commodissimum ( ut ostendetur infra ) si placeat, sibi utendum habeant.

De Annulato specillo, atq; Alphonsino instrumento,  
 ac gruino rostro. Cap. III.

Flammula
 Fiat itaq; specillum ax argentea uirgula tereti, crassitudine paulo minori, quàm sclopetaria, siue arcibusina pila, longitudine uero duorum fere dodrantium, ut ex breuitate eius chirurgicum opus non impediatur usq; sed sit diuisum in partes duas, ut commodius feratur, quæ sane partes tornatili uite ( ut appellant ) inter se committantur, cuius instrumenti alterum extremum exigui ciccris instar pilula sit, cum foramine, ut fit in acu, per quod flammula ( ut appellant ) immissa linamenti loco ( ut fit ) relinqui possit in uulnere. Alterum uero extremum in anulum tan grandem desinat, ut pilam comode capiat. Sed annuli circulus superne rotundus, inferne labijs sit aliquantum in se reflexis, ita ut mordicus quodammodo pilam aprehendat, apprehensamq; retineat

hoc instrumē  
 to pilulas, uel  
 à profundissi  
 mis iunctura  
 rum locis, ac  
 potissimum  
 thoracis, uel  
 inferioris uē  
 tris, in quib  
 us uel nulla  
 alia instru  
 menta conue  
 niunt, facili  
 me extrahi  
 mus, Cuius  
 hæc est figu  
 ra.




SPICILLVM ANVLARÆ



Plumbum
Elypor
 Quid si uulneratus locus sinuosus sit, ita ut sanies, uel cruor libere non possit efflui; nec ob id pilula indagari, specillum idem fabricetur ex plumbo, uel ex aliquo lento, ac flexibili metallo, ut pro arbitrio medici flectatur, atq; eo facile in quemlibet sinum possit intro-mitti, & uersari flammula, & humores emitti, & pilula explorari, sed extrahendis pilis longe aptissimum est Alphonsum instrumentum, quod, quia nostrum inuentum est, ita appellare placuit, id uirga ferrea teres est, quanta annularium specillum longitudine, dodrantium scilicet ferme duorum, & sclopetariae pilulae crassitudine, ab altera extrema parte, ueluti à radice, solido relicto quantum manu commodè teneri possit, treis fissa in ramulos aperiatur, qui ferreo annulo recurrente claudatur, si cuspidem uersus trahas, aperiatur; si contra, sed, ut facilius pilas prehendat interior extremorum ramusculorum pars, dentata sit, & in omnibus caua, seu conuexa deuexa, molliter exteriora, Id tamen longius, breuiusue, pro loci altitudine, in quo uti uolumus fieri potest, atq; hoc pacto figuratur.

Non



**N**on inuolucndū  
 tamen silentio  
 est gruinum rostrum  
 ( ut uocant ) ut pote  
 quod & ipsum ad ex  
 trahendum instrumē  
 tum est excellentissimū  
 , atq; ab omnibus  
 tum ueteribus, tū  
 recentioribus commē  
 datum : quo non so-  
 lum pilulæ è difficilli-  
 mis locis, sed et alia,  
 ut armorum, ut cæ-  
 terarum rerum frus-  
 tula extrahuntur .  
 Huic nos, ut commo-  
 dius manu, ac ualen-  
 tius teneri possit, atq;  
 ita pilæ, ac cætera  
 extranea in uulnere  
 certius explorari, an-  
 nulos forpicularum  
 modo adijcimus, hoc  
 pacto.

E

Quæ medicamenta extrinsecis Vulneribus  
conueniant curationis initio.

Cap. IIII.

**I**N magnis Sclopetorum, siue Arcibusorum uulneribus  
frequenter hæc apparere solent Symptomata, Syncope,  
uertigo, insomnia, & plerunq; febris, uel calor cum si-  
ti, afflicatur æger, exæstuat, inquietatur, Oculi præ-  
terea quandoq; rubent, & facies, oritur sudor; soluta  
continuitas liuet, uel nigrescit, extemplo enim oræ fusca  
tæ fiunt; & male coloratæ, & caro languida. Quam  
obrem ad omnem ueneni uim, tollendam, primum alexi-  
terium ( idest proprium medicamentum ) ut Galenus iu-  
bet, adhibendum est, id enim aut alterat, aut euacuat  
ex corpore, uel membro laborante, alterat siquidem aut  
una, aut duabus facultatibus, aut simul tota ipsius subs-  
tantia, aut calore subtilium partium, & uenenum re-  
soluentium, siue penetrantium, aut similitudine totius,  
quam habet cum re quæ euacuanda est, ut contritus Scor-  
pius, qui uenenum è Scorpionis ictu optime extrahit, ut  
superiori libro dictum est. Itaq; si frigidæ naturæ uenenu-  
m sit, seu lethale ab excalescentibus remedium petendum  
est, si calidum, à refrigerantibus, si humidum,  
ab exiccantibus, si aridum, ab humectantibus; uulneris

5. de sim  
pli. medi.  
Cap. 17

> Corp. 17



si & humidum & frigidum sit, ab exicantibus, atq; ex  
 calefacientibus, si calidum & humidum, ab humectanti-  
 bus & refrigerantibus. Omne igitur mortiferū uenenum  
 ab extrinsecus impositis medicamentis euacuatur. nempe  
 aut calore suo attrahit, aut totius substantiæ compositæ  
 similitudine. oportet autem huius antidotum proportiona-  
 tum esse corpori, cui medemur. Ipsum enim sua calida  
 ui corpori aduersatur, uelut & lethale uenenum. Quare  
 in omnibus extrinsecis uulneribus simplicibus, tam carno-  
 sis; quàm neruosis, siue compositis intercutaneis, etiam  
 læsis tendinibus, ossibus, uenis remedium sit ab illato uul-  
 nere adusq; tertium, & quartum diem, quod habet ca-  
 pitelli selibram, solatri minoris cum semine, aut sonchi  
 uncias duas, aut scabiosæ, Theriacæ semunciam, que  
 cōmista in uitreo uase per uiginti dies fermentētur in sole,  
 quo calido penna illinatur uulnus; sic linamenta, qui-  
 bus uulnus reformetur impleaturq; ut moris est. quod si  
 aqua, uel aere, uel alio casu, ut in bello præsertim faci-  
 le acidit; frigefactum fuerit, eodem medicamento, sed  
 feruenti utendum est, ut frigus, humoremq; omnem at-  
 trahat, expellatq; ne putrefiat. alioquin futurum est,  
 ut lethalia symptomata inducantur, cæterum, quod ægyp-  
 tiacum medicamentum uocatur, hisce uulneribus remediū  
 præsentaneum est. Id habet amarorum lupinorum, ac

III diu

~~R~~

#

Egyptian

RPA

lenticularum decoctionis sexquilibram, aceti acerrimi  
libram, salis, aluminis, singulorum unciam, æruginis  
rasæ, seu uiridis æris ( ut appellant ) semunciam, mel  
lis selibram, quæ ad olei crassitudinem ferueant, thes-  
riacæ deinde semuncia adiecta, quibus commistis, utare,  
 ut supra dictum est. Huic medicamento plurimum tri-  
 buunt peritiores artis; quando uim habet putredini obno-  
 xia, putrida q; facta destruendi, & quæ sana sunt, ne  
 putrescant, conseruandi. Iuncturarum autem uulnera,  
 & quæ in ipsis extremis sunt, ad quatuor digitos distan-  
 tia, eodem modo curantur hoc medicamento, quod fit  
 ex uenetæ terebinthinæ, olei abiegni, terebinthinæ des-  
 tillatæ, seu per uitrium stillicidium ( ut appellant ) cli-  
 quatæ, Olei hyperici, singulorum uncijs duabus, ærus-  
 ginis rasæ parum combustæ, theriacæ, singulorum di-  
 midia dragma, quæ commista in uitreo uase uiginti diez-  
 bus habeantur in sole; Olei præterea rosacei immaturi,  
 & sambucini, & euphorbij, singulorum uncijs qua-  
 tuor, æruginis combustæ dragmis duabus, quæ simul  
 admixta membris carnosis, neruosisq; remedio utilissi-  
 mo sunt, si eo uulnera repleantur, ut assolet, quod si  
 cetera defecerint uinum album generosum cum sale ubi  
 efferuuerit calidum uulneribus remedium erit presen-  
 taneum. quodlibet enim ex his medicamentis non mo-

do ueneno medetur, ac manifesto extrahit, uerum etiam  
 & contusioni; & attritioni opitulatur; earumq; corrup-  
 tionibus præsentaneum remedium est. Hæc autem medi-  
 camenta quæ posuimus omnibus alyis uulneribus, quæ tam  
 morsu, quàm telo uenenato fiunt, auxiliabuntur, si eos  
 dem modo diligenter adhibeantur.

De Medicamentis in extrinsecis, atq;  
 ignobilibus membris sanguinem  
 supprimentibus. Cap. v.

QVONIAM in prima extrinsecorum uulnerum curatio-  
 ne sanguis potissimum supprimendus est, ne cum  
 eo, qui thesaurus uitæ est, fugiat & uita, præter cætera  
 medicamenta, quæ ab alijs ponuntur, hi trocisci, seu pas-  
 tilli in ea re mihi perfamiliares sunt, ut pote qui accom-  
 modatissimi esse uideantur: qui constant ex Hepaticæ alo-  
 es uncys duabus, <sup>multiplicat</sup> macræ uncys quatuor, leporinorum pi-  
 lorum minutatim concisorum uncia una, oui albo adiecto,  
 qui sane fiant oblongi, rotundi, magni, parui, ut omnibus  
 modis præsto sint, cum usus exegerit. his & causticâ uim  
 addideris, si ex his uncia uni, dragmam sublimati adie-  
 ceris, ut adurendi simul & astringendi (cum opus est) fa-  
 cultatem habeant, quibus omnibus scilicet tam causticam  
 uim habentibus, q̄ non habentibus, & tam solidis quàm  
reductis in puluerem, pro arbitrio tuo uti poteris, hoc est

RZ

ʒi Sublimi



uenæ, uel arteriæ incissæ cum linamentis ex xilo combusto, uel ex linteolis, uel eorum linamentis combustis, uel stupis ouo albo intinctis, uel non intinctis super imponere. atq; ita locum regida buccellatione (ut nunc loquimur) obstruere; & ita puluillis comprimere, ne qua sanguis emanare possit. Reliquum autem uulnus bezaartico medicamento liniendum, curandumq; ut dictum est. Quod si hæc remedia sanguine uincantur, ad uenæ, uel arterie illaqueationem deueniendum est, quod hoc modo fit, sit exempli gratia transuersum uulnus in rascetta manus, tunc supra eius iuncturam tribus, aut quaternis digitis uena, uel arteria acu deprehendenda est; Quæ sane acus ferrea sit, longa semipalmum, tum retusis lateribus quadrata, ne in transuendo intercitat, ac recta, nisi prope cuspidem, qua parte falcata, ac retortam ad basis foramen esse oportet.

Ea itaq; duplex filum ducente uena solum, siue arteria prehendatur. In quo plurimum iuuerit anatomica cognitio, deinde duobus hinc inde fili capitibus puluinum plurima duplicatione constantem, seu plures, alterum alteri impositos, superne, ac strictim, non nimio tamen cum dolore comprehendendum est, nec dimittendum usq; dum uenæ, uel arteriæ conglutinationem factam existimes, atq; eo prohibitum sanguinis profluium, mox ad reliquã

curationem properandum, ut dictum est; ac dicemus infra.

Quæ medicamenta locis uulneri adiacentibus  
conueniant, à prima curatione ad securi-  
tatem abscessus. Cap. VI.

**V**T igitur uulneri adiacentes partes fractæ, attritæ, contusæq; instaurentur; & à futuro abscessu prohibeantur, astricto sanguine, informatoq; uulnere, atq; aliquo ex prædictis bezaartico collyrio curato, & linteolo duplicato ex eodem Collyrio imposito, tum fractis ossibus, si qua sunt, instauratis, puluilli ex duplicatis linteolis longi, lati q; pro quantitate membri, ex oui albo & rosaceo, uel uiolaceo, æquis portionibus, simul agitatis infra supraq; uulnus calidi, (etiam æstatæ) imponendi sunt. Deinde stupæ quadratæ, aceto, & aqua rosacea madentes pari portione, mox uehementer expressæ ex oui albo & rosaceo, siue uiolaceo, ut supra est dictum, ijs superimponendæ sunt, ut in fracturarum curatione fieri consuevit. Inde duabus fascijs longis, latisq; ut membra exigunt, hinc, atq; hinc diligendum est, Medium autem uulnus altera fasceola deligetur, postea uero ferulæ stupis inuolutæ superimponatur sed ita; ut uulnus

*lygbr pfer*

*Falua*

detectum remaneat, quo semel; aut bis in die, si opus sit, curari possit, Hæ autem ferulæ extremæ ita deligentur, ut dolorem ægro non moueant, neq; ut soluantur, aut cadant timendum sit. Postremo fasciæ eisdem locis superligandæ sunt, ac membrum ita collocandum, ut sine dolore, sine motu, sine tremore conquiescat. quod commodius fit, aut canali, aut aliquo ex his instrumentis, quibus in fracturis curandis uti solemus. Hæc autem curatio

*VII* in septimum usq; diem perduret, nisi dolor prohibeat, eo enim casu locus detegendus est, uel quotidie, si sit opus; remedijsq; suprapositis recreandus; Atq; his quæ dolorem leuant ut dicemus infra. Quapropter hoc te primum chirurge rogo, ne contrahas, aut demittas animum, ne ue te obrui tanq; fluctu, sic magnitudine laboriosi negotijsinas. Ex his enim quæ prima curatione fiunt, si diligenter, strenueq; fiant, magna ex parte salus ægroti speranda est. *Minister* Itcirco danda etiam opera est, ne ministros imperitos habeas, ut in tractandis affectis membris, uel toto ægri corpore munus suum recte exequantur. Ne quid peccetur, ne quid committatur, quod cum dolore, uel molestia postea emendandum sit. Qui Ministri tamen si non sint, tu te ipse sine aliqua uulnerati membri motione medicamenta innouare, quæ sunt imposita remouere, tum cætera, quæ, factu necessaria sunt, exequi

poteris, si facias omneis, ac ligaturas super uulnus rec-  
ta linea incidas, & cum lenientia medicamenta adhibue-  
ris, acu ualentius filum trahente, denuo consuas. Quæ  
curatio in tertium diem sufficiat, si de sanguinis profluuiò  
minime timendum est. Atq; ita sextus canon obseruatus  
fuerit.

De digerentibus medicamentis, ac dolorem

lenientibus, & quæ abscessum

prohibeant. Cap. VII.

**V**bi altera & tertiã curatione bezàarticum medicamẽ  
tum impositum est, & curata adiacentia loca, atq; ali-  
quo oleo refrigerante illita, ut dicemus infra; quarta, mox  
& quinta, hoc medicamento uulnus digerendum est, quod  
fit ex uenetæ terebinthine, uel Olei abietini semuncia,  
uitello oui uno, rece. tis Butyri semuncia, quibus com-  
mistis, & calidis locus perungendus est, & puluilli &  
linamenta illinenda. Prohinde Emplastrum Galeni sus-  
perponatur cuius hæc est descriptio. Exempli causa,  
Argenti spume pondo minam, Olei ueteris squame eris  
rubri, Cere resinæ frictæ singulorum pondo gutte amo-  
niaci pondo trientem galbani minij synopici, singulorum

*R. unio*

*Empl. Galeni*

*R.*



pondo uncias duas Argenti spumam, squamam & oleum  
 ad spissitudinem usq; in quoquito : deinde ceram ac resi-  
 nam inijcito . Cum liquata fuerint ab igne tollito, & am-  
 moniacum dilatatum immittito : ubi refrixerint, galba-  
 num & ammoniacum indito Synopicum aspergens ac in  
 mortario sub actis mollittisq; utitor. Orae autem uulne-  
 ris, & quæ circum uulnus sunt, oleo perungantur, quod  
 habeat rosacei maturi libram unam, lumbricorum in uis-  
 no elotorum uncias duas, uiridium Sambuci corticum ses-  
 quimanipulum, uini albi aromatici uncias duas. quæ ubi  
 deferbuerit, colentur, ut assolet, atq; his calidis membrum  
 illinatur, ut dictum est. Proinde ora uulneris eo puluere  
 conspergantur, qui fit ex rubentium rosarum, & myrti  
 baccarum, singulorum semuncia. lumbricorum in uino clo-  
 torum, atq; exiccatorum in furno uncijs duabus; quæ com-  
 mista tenuissime conterantur; uel uermes etiam ipsi soli  
 exiccati, redactiq; in puluerem super aspergantur; recte  
 enim dolorem leniunt, recreant, resoluuntq;. Vtilissimū  
 etiam oleum est, quod cōmunis olei libras duas habet, con-  
 tusæ plantaginis, uiridium Sambuci corticum, singulorū  
 sesquimanipulum; salis contriti semunciam, uini albi,  
 seu lexiuij uncias duas; quæ concocta, atq; eliquata in usū  
 seruanda sunt, Quibus Medicamentis digerentibus, re-  
 creantibusq; ad manifestam usq; uulneris digestionē, &

*meliorem sanie[m] utendum est.*

De reprimentibus Medicamentis.

Cap. VIII.

NE ueneni uis ad interna penetrare possit, uulnera-  
tusq; locus ob conflentes humores intumescat, abscedatq;  
commodissimum remedium est, ut & in cæteris uulneri-  
bus, quod fit ex boli armenici, terræ lemniciæ, seu sigil-  
latae (ut uocant) sanguinis Draconis, singulorum uncia  
una; Olei rosacei, Aceti rosacei quantum satis est, quo  
unguento uulnerati membri initium ad sex, uel octo digi-  
tos à uulnere linendum est, sed calido, ut medicamenti uis  
celerius penetret; de superq; linteolo in Aceto rosaceo,  
& aqua rosacea æquis portionibus intincto deligetur.  
Idem & prestabit lineus pannus quatuor digitorum lati-  
tudine, longitudine uero quantum satis sit, replicatus;  
atq; aceto, & aqua rosacea pari portione madens, uel  
ex aqua, & aceto, quod sæpius iteretur. Noxium .n.  
calorem tollit, futurumq; prohibet; fieri etiam lenimen-  
tum potest ex albo ouorum quatuor, olei rosacei uncis  
quatuor, aceti rosacei uncis duabus; boli armeni, terræ  
lemniciæ, sanguinis Draconis, singulorum uncia, Quis  
bus simul agitatis madenti panno (ut supra) utendum est



Quod & succis hærbarum refrigerantium fieri potest ; dum locus detumescere uideatur ; & ab abscessu tutus.

Quod saniei necessario exitus  
dandus sit. Cap. IX.

Commodissimum , immo necessarium remedium est , ut per collocationem membri , aut per incisionem sanies libere possit effluere . Quoniam uulnera huiusmodi ignea quadam affatione , & combustione non carent , ut dictum est ; eorumq; proprium est , putredini , & corruptioni , propter contusiones ; attritiones , fracturas , esse obnoxia . Quare membrum ipsum læsum prima curatione ita collocandum est , ut Vulnus omnino inuersum sit , atq; ita ore suo partem spectet inferiorem . Quod si aliqua de causa fieri non possit ; non est cur incisio à contraria parte uulneris differantur , ut commodius ; ac liberius sanies queat expurgari ; & locus à confluentibus humoribus immunis esse ; & ossium fragmenta , & pila , quæ aliter non potuerunt , facilius extrahi . Quæ omnia nisi exactissime fiant , dubitandum non est , quin magni efficiantur ossium , cartilaginum , ac tendinum sinus , tum profundæ corruptiones . Vnde fistulæ insanabiles , ac plura abscessuum genera ; unde cangrenæ , atq; ulcera

*Wit man vniuersum super Bee,*

sordida, demum totius membri corruptio, ac mortificatio fieri consuevit. Sed quid, si cauum, atq; sinuosum ulcus uideatur; neq; tamen per collocationem membrorum, aut per incisionem, ut supra dictum est iuuari possit, nec ex eo sanies emitti? tum ad hæc auxilia confugiendum est, ut terq; quaterq; curetur die, spengiaq; oblonga, tenui, ac leni diligenter detergatur; quæ bene consuta, atq; colligata sit; ne quid ex ea in ulceris sinibus relinquatur, amittaturq; Prodest etiam ad expurgandam sanem tenta ( ut uocant ) Cannularis, si ex hederaccis frondibus, aut ex citrorum, aut malorum medicarum, aut ex plumbi lamina, aut alterius metalli fiat, atq; intromittatur. His enim præsijs iuuatur natura, promptiorq; fit, ad caua loca, carne implenda, atq; instauranda.

*Handwritten note:* Hæc

Quæ ad septimum canonem pertineant.

Cap. X<sub>r</sub>

**A**bsoluta uulnerati membri curatione quæ manum postulat, ad communes curationes transeundum est, ac primū ad uenenum tollendum, atq; ad fracturas curandas aliqua medica potione; qualis ea est, quæ fit ex terræ lemnicæ, seu sigillatæ alexandrinæ, boli armenici orientalis, singulorum dragma media, reubarbari electi dragma una,

*Handwritten note:* Polio

mumiæ scrupulo uno, aquæ acetosellæ; plantaginis, uis-  
ni sanguinei, seu nigri, singulorum semuncia. Quæ pos-  
tio post horam ab illato uulnere calida assumenda est. Fit  
 etiam potio quæ cornu ceruini combusti, mumiæ, terræ  
 lemnæ, centaureæ maioris, singulorum dimidiam drag-  
 mam habeat, acetosæ aqua adiecta, & uino sanguineo,  
 quæ assumatur, ut dictum est. Quælibet autem ex his po-  
 tionibus, tam mane, quàm uesperis, per duas horas ante  
 cibum Syrupi loco exhiberi potest. quod quidem reme-  
 dium, non modo ueneno, sed & sanguinis fluori; &  
fracturis ipsis præsentaneum fuerit.

### De Aluo ducenda Cap. XI.

**A**luus (ubi est opus) leni hoc clystere ducenda est.  
 in quo sint diacatholici. floris cassiæ, singulorum semun-  
 cia. mellis uiolacei, saccari rubri, singulorum uncia duæ  
 olei uiolacei, & amigdalorum dulcium recentis singulo-  
 rum uncia duæ, decoctionis maluarum, matrum uiola-  
 rum, fursuris, hordei, Chamæmeli, siue Chamomillæ  
 cum arietino capite; uel gallinaceo iure, quantum satis  
 est, Salis dragma adiecta, totiesquæ repetatur, tota cura-  
 tione, quoties opus erit. Fit etiam Clyster ex oleo, &  
 salis modicò; uel ex decoctionis maluarum, matrum uiolæ

larum fursuris, parictariæ, Chamomillæ ex aquæ, quibus percolatis adijciantur salis dragmæ duæ, olei uncia quatuor; saccari rubri uncia duæ, vitelli ouorum tres. Ore autem omni tempore anni lene pharmacum assumi potest, quod habeat diacatholic. triferæ persici, singulorum dragmas quinque; reubarbari electi; Agarici in puluerem uersi; singulorum scrupulos duos buccæ fiat, siue bolus. (ut dicunt) deturque dormituro, per horam ante lucem. Vel fiat potio ex his cum aqua acetosæ si à spissiori pharmaco æger abhorreat. qua mouendæ alui ratione tota curatione uti licuerit; Cum humores minuendi, uel euacuandi fuerint. Quod si hæc omnia fastidiat æger, catapotia ex reubarbari electi, agarici contriti, aloes electæ, singulorum scrupulo uno ac dimidio, quinque fiant numero, cum electuario ex rosacco succo, denturque dormituro duas horas ante lucem. Quorum adaugent uim, si necesse sit, mane uncia duæ ac dimidia, ex gallinaceo iure, in quo salis nihil iniectum sit, uel ex aqua acetosæ. Fieri etiam potest uiolacea potio è tribus, aut sex uiolarum infusionibus, uel rosacea ex totidem rosarum damascenarum, adiecto saccaro, quantum satis sit. Dosis autem à ternis uncijis ad quatuor ascendat, cum aqua acetosæ, ac per duas horas ab assumptis catapotijs deuoretur.

Ox  
Ducayfo  
Bolus

pilul

Syr. uio  
Ros.



De Sanguine mittendo, & quando id fieri  
debeat. Cap. XII.

Illud primum in sanguinis missione uidendum est, An in hisce sclopetorum, siue archibusorum uulneribus, ea serie, ac modo, quo in alys affectionibus huiuscemodi euacuationem deposcentibus, mittendus sit, siue id ratione, siue experimento, siue utroq; fiat. Sed cum boni medici sit, quæ partes corruptæ sunt, instaurare, & quæ incolumes, tueri; in omniue e ata læsione quæ extrinsecus fit, ne uenenum per interiora, loca diffundatur; detractio sanguinis aliena est. quamobrem à Medicis om-

**Q**nibus prohibetur; quemadmodum & uehementior euacuatione per alui deiectionem. Quandoquidem ex eo contra, ac opus est; accideret; scilicet non ut uenenata uis à uenis, atq; arterijs extrahatur, ( ut medici consilium esse debet ) sed ut ad interiora loca attrahatur, coacerueturq; , quod noxium est. Quamobrem & si necessaria uideatur uenæ incisio ob inflammationes prohibendas, humoresq; minuendos, usq; tamen in tertium, uel quartum diem differatur; necesse est, usq; dum (inquam) ab omni ueneni suspicionem per medicamenta quæ posuimus, eam

6.4. trac.

3. cap. 1.

scilicet uim habentia, tutus esse possis. ( ut præcipit Auicenna )

Quin etiam haud inconueniens est, si in sextum, uel

Septimum,

Septimum, uel octauum, uel etiam in uigesimum diem protrahatur; Afferit enim Galenus, in sanguinis missione ne numerum dierum minime attendendum esse. Cum igitur curationis initio, hoc est tertio, uel quarto die (ut diximus) sanguis mitendus est, ne scilicet ob eius plurimum dominium ægro quid mali accidat, tum præstat (nisi quid urgeat) priori missione minus detrabere: Iterumq; eam repetere, immo si lubet, & tertio; cum uires maxime imbecillæ sunt, (ut monet Galenus) siue in hac uenæ incisione intentio sit, Morbum ipsum per auersionem, uel euacuationem, uel diminutionem, uel eradicationem peccantis materiæ curare; siue membrum à futuris Symptomatibus conseruare. Hora autem mitendi Sanguinis matutina tutior est, sub Ortum Solem. Eo enim tempore aeris calor temperatus est, faciliorq; est sanguinis motus; atq; eo felicior eius detractio, cum eius proprium sit moueri a ternis horis ante lucem ad totidem horas post Solis exortum. Mittatur itaq; ieiune, atque aluo deiecta, ut moris est. Quando post satietatem nihil est agendum (ut inquit Celsus.) Nec te moueat quod inquit Ras. Ex autoritate Filij Mes. Scilicet in quolibet Venenato morfu; si dextra parte fuerit; eodem die Sanguinem mittendum esse, illud quippe de scarificatione, quæ ibi fieri debet, intelligendum est,

de sectio  
ne uenæ.de sectio  
ne uenæ.

Lib. I.

Lib. 35.  
Tract. 2  
Cap. 4

ut in fectus sanguis libcrius profluat; Etenim subdit Ras. ex auctoritate Albuma . ægrum mane gallinaceo pullo pingui cibandum esse; ac tertio deinde die sanguinem mittendum . prohibetq; id fieri secundo die , propter debilitatem ( ut ipse iuquit ) uirtutis ac uigilias. Monetq; id , ubi comederit , & dormierit æger , faciendum esse. Illud præ terea non inutile fore duximus , si cœlestium signorum , quibus humana membra subyciuntur , attendas uim. Qua enim hora dominantur , ex subiecto membro sanguinem mitti alienum est . Quemadmodum & ab alijs incisionibus abstinendum.

### De Viçtus ratione Cap. XIII.

Commune est omnium uulnerum curationibus , à principio tenui uictu uti , ut inflammationes arceantur , ac potissimum in bono corporis habitu . Quamobrem medicus morbi diurnitatem , uel acumen habitu corporis metitur ; qui si humidus sit , magis quàm siccus abstinẽtiam substinẽt , ut inquit Auicenna. Calidis autem & sicis habitudinibus nihil magis noxium , ac detestabile est quàm cibo & potu abstinere . Considerat etiam medicus ætates ; nam medicæ facillime in ediam substinẽt minus iuuenes , minime pueri , & senectute confecti , ut Hibo. in-



quit. Quibus in omnibus consuetudo etiam cuiusq; seruan-  
da est. At in sclopetorum, siue Arcibusorum uulneribus  
longe etiam maior ratio habenda est. præcipue si magna  
sint. quandoquidem in carnosissimis membris ob immodicam car-  
nis dilaniationem, maximam fieri spirituum & uirtutis  
dissolutionem necesse est. Quod etiam in iuncturis fit, &  
in tendinibus. Cum maxime est ossium fractura, & com-  
minutio. in quibus dubium non est, quin magni fiant abs-  
cesus, & sera curatio, tum maxima nutrimenti resolu-  
tio, & uirium imbecillitas. In eo igitur ægroti statu, ma-  
iori medico prouidentia utendum est. Atq; ita liberalius  
aliquanto cibum, & potionem præbere. Deficiunt enim  
tenui uictu uires, maioresq; morbo acquiruntur. Quam-  
obrem quæ ualentioris nutrimenti sunt, & facile conco-  
quantur rectissime dantur, qualia sunt oua sorbilia, con-  
tusum, consumptum, (ut uulgo appellant) uinum tenue,  
ac sanguineum, & hæc uel à curationis initio; non plu-  
rima tamen, sed modice ac sæpius assumenda, ne uires  
per se tenues opprimantur. Comparari enim æger quan-  
doq; sitiienti lucernæ recte potest, quam si plurimum ad-  
das olei, intermorientem uideas; si paululum, reuiuif-  
centem necesse est, summa itaq; ope cauendum est, ne  
quid in alterutrum peccetur, quod postea nullo pacto re-  
mendari possit, Verum, ubi morbus & uires patientur,



hæc uictus ratio commoda esse poterit , panis scilicet cum lacte caprino, uel uaccino, uel amigdalyno decoctus, uel cum oleo, uel butyro, uel oleo amigdalyno saccaro adiecto, lenticula item cocta, uel cicer, uel phaseolus; uel faba cum oleo, uel butyro, quæ si non sint, uel esui ægro ex toto iniucunda, cibarium fiat ex cicorio decocto, uel pimpinella, uel utraq; lingua bubula, uel utraq; pastinaca, adiecto uel oleo, uel butyro. ut supra. Dari etiam possunt his præsertim qui delicatiori stomacho sunt, olera ex gallinacei pulli iure decocta, uel hædino, uel uitulino, uel alterius eiusdem generis animalis. Auiculæ præterea tam elixæ, quàm assæ, tum gallinaceorum pullorum extremæ particulæ, ut cristæ, ut alæ summæ, ac cætera generis eiusdem. Cerebella item eorum plurimum commendantur; ac præsertim in capitis uulneribus. Potio autem, si uires patiantur, mulsa sit; ex tribus mellis uncijs, & aquæ libris octenis, quæ ad octauam partem ferueant. Aqua item cum saccaro uel ex decocti seminis Coriandri semuncia, & aquæ libris sex, quæ ad sextam partem decoquantur, & cum iulebo (ut uocant) uel uino ex punicis granis assumatur. Vinum item, si uires imbecillæ sint, uel naturalis calor, uel habitudo natura; uel ex accidenti frigida, in sequentibus Symptomatibus quæ uirtutem prosternant, uel plurimum sanguinis eslu

Vinum

xerit, recte dari potest. Quin multi ex profluuiio sanguinis intermorientes ante ullam curationem uino reficiendi sunt, ut inquit Cornelius; quàmquam id ex sui natura iuimicissimum uulneri est, Attendenda est etiam ægri consuetudo quæ si uini bibendi sine noxa fuit, illud dari permittit. ac præsertim senibus; ac frigidis anni temporibus; uel regione, uel cælo argente, uel exhausto corpore, ex fructibus uero passæ uuæ comeduntur, amygdalæ, pistacea, nuclei pinei, auellanæ nuces, castaneæ, carycæ, pyra; mala apiana, tosta potissimum, atq; id genus cætera. Citrorum item cortices, uel cucurbitarum, uel linguæ bubulæ radices, uel lactucarum thyrsi conditi cum saccaro. Quæ omnia ad usq; septimum, uel quartumdecimum diem; uel dum æger ab abscessu tutus sit, seruanda sunt, deinde uictu non ita tenuiori, si per morbum, & uires liceat, utendum est.

Quibus medicamentis abscessibus, & dolori subueniatur. Cap. XIII.

FRequentissimum est, ut hæc bellicorum fulminum uulnera abscedant, etiam in carnosissimis membris. Iunæturas enim uel semper hoc malum infestat, quin & in his mitiora mala sunt Febres; & abscessus, etiam in diuersis locis à Vulnere; ut testatur Princeps.

Fen. 4.  
4. tra. 3.  
Cap. 1.

Empl.

Quamobrem Emplaſtro, quod à nemine improbatur, initio ſubueniendum eſt. Id fit ex farinæ hordeaceæ, uiciæ, fabarum; lupinorum; lentium, ciceris, ſingulorū uncys quatuor, è quibus ſi qua non ſint, pondus ex ijs quæ ſunt, ſuppleatur, adiecta Syruppi acetofi ſimplicis ſe libra, et ſi eryſipelas ſit, uel inflammatio in membro, ſolatri contuſi uncys quatuor, atq; in lixiuio decoquantur, ſi autem uulnus ex aliquo accidēti refrixerit, loco Syruppi acetofi, ex mellis ſe libra, & lixiuio Emplaſtrum componendum eſt. Illud uero medicamentum nobis magnopere probatur, quod ex malis punicis acri ſapore duobus fit; ac totidem ex dulci, quæ integra, ac ſolida aceto, & lixiuio percoquenda ſunt. Proinde addendæ ex ijs quas ſupra poſui farinis ſingularū uncia duæ, et ſyruppi acetofi ſimplicis ſe libra, è quibus ruruſus unà concoctis & in lapideo mortario contritis, agitatisq; emplaſtrum fit, quod in locis neruoſis, carnoſisq; ab inflicto uulnere ad morbi ſtatum, ac dum ab abſceſu tutus fit æger, remedium conuenientiffimum eſt. Fit etiam aliud ad ſedandum dolorem, & uulnus recreandum ex ſemine lini contuſo, & cum uino albo odorato, uel ſanguineo, concocto. Et ſi lini ſemen non ſit, ex furfure in aqua ſalfa, uel lixiuio decocto, uel in uino albo, uel ſanguineo, ſalis modico adiecto. Quod remedium in iuncturarum tumoribus præſentaneū

mda p<sup>ri</sup>mica  
 12

Li<sup>ni</sup>  
 2

Furfur



est. Componitur item aliud ex sapa, & farina seminis  
 lini, fœni greci, & furfure simul decoctis, id resoluit, re  
 ficitq;. Aliud item è panis furfuracei fragmento; & in  
 lacte uaccino, seu caprino concocto; quo & in uulnecum  
 abscessibus aliqui utuntur, tollit enim dolorem, sed tutius,  
 si quid salis iniicias. Fit postremo è panis nautici libris  
 duabus, in lixiuio, uel aqua marina decocti, mellis selibra  
 uel sapæ addita, quod non quidem certe minus proficit,  
 quàm cætera omnia; quæ supra posita sunt. In omnibus  
 præterea neruosis, et carnosis membris ad abscessus desic  
 candos, resoluendosq;, tum ad reficiendum, multum pro  
 derit, si locus ipse aqua uitæ, (ut appellant) septies eliz  
 quata, & calida delinatur, superq; in sperso puluere,  
 qui fit; ex lumbricis in uino elotis & exiccatis in furno.  
 qui si non satis sit ad tollendum abscessum; fiet ex nucis  
 muscatæ, (ut uocant) & sulphuris singulorum selibra,  
 rosarum imperfectarum, myrtearum baccarum, & uer  
 mium prædictorum, quos eo modo præparaueris, singulo  
 rum uncia una; quibus contritis, ac commixtis locus, què  
 ante aqua uitæ calida illiueris, ut supra, inspergendus  
 est. Quod siue in statu, siue in declinatione uulneris, &  
 abscessus, conuenientissimum remedium est. Verum si mē  
 brum ob ingentem dolorem, atq; abscessus metum perun  
 gendum est, medicamentum fiat ex olei libris duabus, sa

Sapa

Panis

X 12

Aq. uitæ

P 2 un

Dolent

P



lis uncia , euphorbij semuncia , lumbricorum in uino elos-  
 torum uncys quatuor , uini albi aromatici uncis duabus ,  
 quæ lento igne adusq; uini consumptionem ferueant .  
 Quod si ex anni tempore , uel regionis , uel ex altera cau-  
 sa frigus timendum est , addatur rutæ , & absynthij sin-  
 gulorum Sescuncia , quo percolato , more artis utendum  
 est . utilissimum etiam oleum est , siue ad resoluendum , si  
 ue ad recreandum ; siue ad prohibendum abscesum , quod  
 fit ex olei hyperici compositi , olei terebenthinæ , olei rosæ-  
 cei immaturi , sambucini , maslicini , Euforbij , singulorum  
 uncia : salis semuncia , uini albi aromatici uncis duabus  
 quæ simul ferueant ; & in usum seruentur . Oleum præ-  
 terea rosaceum , uel chamemelinum , cum aquæ uitæ sep-  
 ties eliquatæ pari portione in omnibus morbi temporis-  
 bus ; tum meteria calida , uel frigida , & carnosio , uel ner-  
 uoso membro remedium optimum & præsentaneus est ,  
 quo , si totus locus dolore afficitur , delinendum est , quod  
 si abscesus ad maturitatem iã peruenierit , cutis eius axun-  
 gia suilla , uel gallinacea attenuenda est . quo facilius sit pu-  
 ris eruptio , ut ex arte fieri consuevit .

Quæ Medicamenta putridos neruos , ac  
 tendines detergant , & a putredi-  
 ne tueantur . Cap. xv .

**T**anta est in hisce uulneribus neruorum, ac tendinum attritio, ac dilaceratio, ut in eis unienais quandoq; uel nullo modo spes esse possit. Quapropter, cum & ad corrumpendum, suapte natura facilia sint & ab Aere ambiente adiuuentur; summa cura medici in eo esse debet, ut tanto malo, quibus potest auxilijs subueniatur. Ac si aliter fieri non possit, cum certa sit corruptio, & Neruorum distentio, uel prima curatione, ferro recidantur. Præcipit enim Auicena punctum Neruum, siue aliquo pacto incisum, ac multo magis attritum, & corruptione paratum; unde mox distentio timenda sit, transuersum amputandum esse, quod ante eum & Galenus asserit. In ijs enim inquit qui per transuersum percussi sunt, reliquum tendinis ipse amputo, ut tuta sit mihi curatio. Prodest itaq; à principio neruosas partes detectas, præter Bezaarticum Medicamentum; quod supra positum est, puluere ex Tutia præparata super inspergere. Qui si non sit, puluis ex Calce uiua ac decies elota, atq; exicata idem præstabit. Præseruat enim à corruptione, & iam factâ tollit. ij sane pulueres & in degirendo uulnere ad septimū, undecimū, uel quartum decimum diem, ubi medicamento ex terebinthine & uitelli oui æqua portione usus fueris, accommodatissimi sunt. Quod si adhuc lenta, ac difficilis fuerit

4.4.tra.  
1.  
Cap. 3.

De com-  
po mediz  
ca. Lib. 3

Tutia

Calx

Tempus

neruorum curatio, eiusdem pulueribus uti licet, linamen-  
 R. / tis in rosaceo melle intinctis, quo etiam tempore, tutiæ, uel  
 calcis uiuæ puluis omittendus non est. Fit etiam unguen-  
 tum ex mellis, succi apij singulorum semilibra, succi absyn-  
 thij Sexcuncia, quæ ad mellis crassitudine mferucant, ad-  
 iectis dei de terebinthina uenetæ uncijis tribus, tutiæ ses-  
 uncia, Euphorbij dragmis duabus, farine ordeaceæ  
 dragmis tribus, mane & uesperis uti potes, linamentis  
 eo illitis sinus omnes replendo, In cholericis autem & ca-  
 lido anni tempore puluis injici potest, qui constat ex tuti-  
 cæ præparatæ semuncia, & euphorbij dragma, & ui-  
 uæ calcis decies elotæ sesquidragma, Mirifice neruos de-  
 tergit, à futura putridine præseruat, & uulnerum conca-  
 ua carne implet. In frigidis autem habitudinibus, uel tē-  
 peratis, & in frigidis locis, puluis e tutiæ præparatæ,  
 & Euphorbij pari pondere quam optimus est; sine enim  
 dubitatione detergit. Verum si de Cangrena, uel alia  
 corrosione timendum sit, ægyptiaco suorum simplicium æ-  
 quis portionibus confecto, & pulueris paulo adiecto occur-  
 rendum est, uel, si non sufficiat, arsenici paulo sublimati.  
 Postremo si ne hæc quidem profunt, uel ob aliquam etiam  
 causam nolis uti, ad candentis ferramenti opem confugien-  
 dum est; ex quo certa tibi auxilia promittuntur, & cum  
 recreatione membri, ad crustam deinde curandam, gignit

Aegyptiac  
 Arsenic



nendam carnem, ac cicatricem induendam medicamentis incumbendum est, quæ sane plurimè à ueteribus, ac recētioribus posita sunt.

De inquietudine, uigilia, dolore, & quo pacto curentur. Cap. XVI.

Sclopetorum, siue Arcibusorum uulnera fere semper uigilia insequitur, ac inquietudo, quæ uel de acerrimo dolore, uel alia de causa oriuntur; & cum frequentissima hæc sint deteriora tamen etiam incidunt, somni scilicet priuatio quæ de uitam auferentibus est ( ut scribit Auerrois. )

6. Colli.  
Cap. 3

Vires enim naturæ debilitantur, cruditates fiunt, atq; ita morbus increfcit. Somnus etenim ( ut ille ipse inquit ) ligamentum uirtutum est, atq; earum confirmatio, quemadmodum superflua uigilia, dissolutionis & imbecillitatis uirtutum omnium causa est. Quamobrem totis uiribus peruigilanti ægro succurrendum est. Ne tanta fiat cerebri exiccatio, ut mox occurri non possit; quo fit si inconstuso, uel consumpto, papaueris albi semen inijeceris, uel lactucam decoctam ex aliquo iure dabis; quibus si non profeceris, duabus horis à cena calidam potionem, uel frigidam ( si mauis ) assumet, quæ fit ex Syruppi papaueris uncijs duabus; & aquæ lactucæ, uel nenupharis, uel



cucurbitæ ; uel solatri uncijs quatuor , ex quibus magna quies oriri solet. Quod si tamen non fiat , ex Philonij ro- mani scrupulo & saccari Rosacci ; & electuarij, diamus ci nucis , singulorum media dragma inauratus bolus post cenam horas tres , uel sub aurora ieiuno dandus est ; uel potio ex ijs cum lactucæ aqua , & uini albi paulo , tuztissimū medicamentum est , & magna ui ad semnum conciliandum , Et leniendum dolorem. Prodest etiam multū , *populus* unguenti pupuleonis , & olei Mandragoræ æqua portio ne tempora illinere , quod & ualentius fuerit , si opij grana duo adyciantur , aut Mes. catapotium unum , uel duo ex lingua canina assumantur , aut ex ijs , quæ in destillationum morbis commendantur . Aut Petri a Tusig- nana catapotium unum , ex ea compositione quæ fit ex opij croci ; casis lignæ , singulorum dragmis quatuor ; detur dormituro ex uino albo , si ægri uires huiuscemodi medicamenta patiantur .

Quo nam pacto neruorum distentio , seu conuulsio curetur. Cap. XVII .

**Q**uamuis ab hippocrate , ac cæteris medicæ rei profes- soribus dicatur neruorum conuulsione in uulnez

ribus lethalem esse. Nos tamen nonnullos eo Morbo laborantes dijs bene iuuantibus ad sanitatem perduximus. Ponam infra quibus remedijs sumus usi, ubi cæterorum aliquot recensuero. Itaq; præter cætera quæ in tam prauo Symptomate Medicamenta passim adhibent, Oleum est ex decocto Euphorbij calidum uniuerso Corpori illitum, ac maxime inguinibus, & alij cum lana succida, uel pellibus duabus e madentibus; anteriora, ac posteriora corporis fouendo, quæ ne frigescant, calidi, Olei iteratione cauendum est. Occiput item inungunt Olei spicæ nardi, nucis muscatæ, irini, hyperici, chamemelini; axungia gallinæ singulorum semuncia, alij addunt uitæ aquæ septies eliquatæ sefcunciam, quo magis penetret, reficiatq;. Alij corpus, uel membrum in olei balneo immergunt. alij omentum Vaccinum, uel alterius animantis calido oleo madens membro affecto uertebriq; superimponunt. Alij balneo ex oleo herbas conuulsioni conferentes adijciunt, ut sunt anetum, chamomilla, absinthium, ruta, hyporicon, iua artetica, centaurium bettonica, sticas, chelidonia, radices ireos, radices althææ in uino albo decoctæ, et cum oleo sabino mixtæ. Sed facilius morbi huius curationes intelligentur, si q sint eius effectus, ac species breuiter ostēdero. neq; n. aliuis importunior, acutiorq; morbus est, ut inq̄ Cel. his igitur

RZ

Aq vitæ

omni

quodam rigore neruorum ( ut ille ipse ait ) modo caput  
 scapulis , modo mentum pectori anectit , modo rectam , &  
 immobilem ceruicem intendit . Priorem greci ( opisthotonon )  
 non ) insequentem ( Enprosthotonon ) ultimum , tetanon  
 appellant . Qui sane morbi ea qua dixi ratione curantur .  
 Verum si per ea medicamenta parum proficitur , aqua  
 Vitæ eliquata ( ut supra ) adhibita prius uehementi frictio  
 ne affectum membrum madefiat . Mox ardenti candela  
 admota flammam concipiat , dum ea ipsa per se se extin-  
 guatur . Idq; toties fiat in die , ut pustulæ , atq; intercūta-  
 neæ adustiones appareant . fieri enim potest , ut primo  
 non oriantur , tam leniter flamma eam aquam lambit .  
 quæ aqua si forte non fuerit , xilon , uel stupæ per spinæ  
 uertebras ( si opisthotonos fuerit ) tenuissime extendan-  
 tur , uel per anteriorem thoracem ( si emprosthotonos  
 sit ) atq; igne incendantur , aduranturq; dum ex se se flā-  
ma moriatur . Sed illud interim aliquo ligni cuneo proui-  
 dendum est , ne inferiores maxillæ superioribus ita an-  
 nectantur ( quod his morbis fieri consuevit ) ut nullo mo-  
do cibus assumi possit . Etenim si id fiat , mors insequa-  
tur ( ut nemo ignorat ) necesse est . Remediū insuper ea in  
 re præsentaneum est . si iuncturæ ipsæ maxillarum utrinq;  
 abrasis pilis ( si fuerint ) aqua uitæ , uel xilo inurantur ;  
quomodo supradictum est . Oleoq; ex euphorbio perungan

*Ol. Euphorbii*



tur, uel quali in occipitio utuntur. ut supra retulimus. Quod si hæc non sufficiant, ultimum in tetano; atq; opis thotono remedium est, ad candentis ferramenti opem trā *Causin* fire, atq; eo tertiam, quartam, & quintam ab occipite uertebam ad membranam usq; uel ad os etiam, (si illud parum sit) adurere. Pari ratione in emprosthotono furculæ partes, tum anteriores, tum posteriores, atq; earum mediæ, adusq; ossa igne curandæ sunt, atq; idem in tetano. nec interim omittendæ sunt unctiões quas dixi, à quibus multum auxiliij sperandum est. Sed adustio quæ qua uersum Ciceris magnitudinem non excedat, rotunda figura, uel ouata. Adhæc multum profuerit, si cerebrum aliquibus ex ijs quæ ad id faciunt; recreetur; ac si electuari *Diaplyris* rio pliris palatum inungantur. Vel morsellos (ut uocant) sub lingua æger retineat, qui ex puluere fiunt electuarij pliris, uel diamusci dulcis, uel diambrae, uel ex his omnibus (ut fieri consuevit) cum aqua bettonicæ, & saccharo. Theriaca insuper, uel mitridatium palato persæ *Thuriar.* pe. illinendum est. Puluere item caput, prius attonsum (si per morbum, & uires liceat) inspergendum est, *Causin* qui sit cantaridum, amotis capitibus, ac, pennis fescun- }  
 cia, carbonum ex uitibus uncij duabus, & salis uncia, }  
 tum lineo panno mundo uelandum, & calidis brasicæ fo-  
 lijs totum fouendum est, Atq; hæc toties repetenda, ut



*Empl* pustulæ fiant , & aqua , & sanies multa erumpat. Idq; per dies quindecim , aut uiginti , ita sæpe iteretur , ut cerebrum ab omni interiori abscessu liberetur. Quibus perac-  
 tis Emplastro , totum caput illinatur , quod fit ex emplas-  
 tri beltonicæ , centauriy , emplastri etiam ( ut dicunt ) gra-  
 tiæ dei , diaquil : maioris ; cum gummi , Oxicrocei , ceræ ci-  
 trinæ , picis naualis , singulorum sefscuncia . . Quæ lento  
 igne dissoluenda sunt , & usui magdaleones seruandi.  
 Ac insuper tota curatione aduertendum est , ut aluus ali-  
 quo ex soluentibus moueatur .

### De maiorum bellicorum fulminum contusionibus

#### Cap. XVIII.

**Q**uāquam de Sclopetorum , siue Arcibusorum uulne-  
 ribus priuatim dicere instituiimus , quoniam ma-  
 iora bellica fulmina , ut muscettæ , ut culebrinæ , ac cæte-  
 ra generis eiusdem , tanta impressione , ac uiferiunt , ut  
 mortem uel semper inferunt , non tamen alienum institu-  
 to nostro uisum est , si de ijs etiam aliquid dicatur . fieri  
 enim forte fortuna potest , ut non semper interimant ,  
 sed contendant tantum , uel ictu , uel etiam spiritu , ut  
 superiore libro dictum est , atq; ita , ut medicamentis in-  
 terdum subueniri possit . Dicemus itaq; de eorum contusi-  
 nibus

nibus, quæ sine uulnere fiunt, nam quæ cum uulnere sunt, ut Sclopetorum, curabuntur, ne quid huic nostro labori ( quantum in nobis fuerit ) deesse uideatur. Atq; ægri hac etiam parte adiuuentur. Contusionibus igitur, quæ à maioribus bellicis fulminibus fiunt, longe sæuissimi effectus oriuntur, si ab initio maxime, non recte curantur. Si quidem modico spatio membra corrumpuntur. Quapropter siue carnosæ, siue nervosæ sint, à principio medicamentum adhibendum est; quod fit ex albo ouorum duum, olei sambucini, olei rosacei, ~~singulorum sescuncia~~. Quæ simul agitata, stupis, & linteo imponantur, ut moris est, sed prius illita sint, calidis hisce unctio- nibus, quas supra dixi. Quod si Sambucineum, uel rosaceum Oleum non sit, ouorum alba cum altero tanto Myrtei Olei; Violacei, & nenupharini, & salis semuncia agitentur, uel cum Vnguento Rosaceo, & Populeo. e, & in frigidante Galeni imponenda sunt. Verum si ne hæc quidem sunt, ex Olei succi Solatri, & Plantaginis, & Lactucæ, uel alterius refrigerantis herbæ æqua portione, & salis aliquo adiecto, Lino panno madente frequenter Membrum fouendum est, diligendumque insuper est non admodum arcte, ne dolor moueatur, attrahanturque humores, & locus inflammetur. Nec nimis lente, ne plurimo

R

But Rosacei.

Sanguine concurrente quàm citissime abscedat ; commo-  
 dior itaq; inter utrumq; ligatura fuerit. Secundo uero die  
 ouorum duum albo cum uitellis , atq; olei amygdalini dul-  
 cis ; rosacei , sambucini , & chamemælini singulorum  
 semuncia ; & salis triti altero tanto contusio curetur ut  
 supra , infusa prius , uel illita ijs unctiõibus quas supra  
 posui . atq; in quartum usq; diem procedatur , & bis in  
 die ; si dolor urgeat , semperq; experiatur medicus , an lo-  
 cus , nec ne ; sensum habeat , quòd si hebes , uel medicus  
 sit ; ad ulteriora transeundum non est , antequam scarifi-  
 cationes fiant , uel intercutaneæ , uel altiores , prout  
 membra carnosã , uel neruosa fuerint , ut ex ijs sanguis  
 multus erumpat . Hoc enim remedium ( ut inquit Auice-  
 na ) laborem excusat , id est , membrum , re emoriatur ,  
 efficit ; deinde autem scarificatus locus lixiuio , & sale  
 detergendus est , uel aceto , uel uino , sale semper adie-  
 cto ; uel aqua marina , uel salsa artificiose facta , & caliz-  
 da . superimponendum deinde emplastrum aliquod ; ex  
 ijs quæ diximus , bisq; die repetatur , dum ex toto fuerit  
 resoluta contusio . Verum si sensus integer semper fuerit ,  
 & contra diminuta contusio , scarificatio:ibus opus non  
 est . Sed cum resoluentibus procedendum , & sanguinem  
 contusum carminantibus . delinendus itaq; locus est ex  
 olei chamæmelini , amygdalini dulcis , absynthij , rutacci ,

Scarificatio

Fen. 3.  
 4. Can.  
 Cap. 3

aquæ uitæ, singulorum uncia, ac dimidia. Super autem  
 emplastrum imponendum, quod habeat florum chamomillæ,  
 meliloti, hyperici, sticadis, absinthij aridi, singu-  
 lorum sesquimanipulum, farinæ seminis lini, & fœni  
 greci, ethordei, & fabarum, singulorum selibram; sa-  
 pæ sesquilibram, olei amygdalini dulcis, & amari, &  
 anethini, utriusq; lilij singulorum sescunciam, & uini al-  
 bi; quantum satis est. Quod si adhuc lenta, & difficilis  
 sit ad resoluendum contusio, & sanguis ad dissoluendum,  
 fomentis adiuuanda est. Itaq; spengia ex eo decocta ex-  
 præsse imponantur, quod fit ex chamomillæ, anethi, sti-  
 cadis; bettonicæ; ce taurij minoris, chelidoniæ, hyperi-  
 ci, sanfuci, minoris & maioris oeymi (basilicum uulgo  
 dicunt) sesquimanipulo, Quæ cum uino albo decoquan-  
 tur; atq; his locus bis die foueatur, perungatur, emplas-  
 trumq; imponatur, ut supra est dictum. In declinatione  
 autem cæratum aliquod ex his quæ capiti conueniunt, ap-  
 plicandum est, ut illud est, quod fit ex bettonicæ, uel cen-  
 taurij; uel chelidoniæ, uel gratiæ dei, uel diachil. ma-  
 ioris, & minoris; uel generis eiusdem. Si quid autem  
 in pertractando membro fracti ossis inueniatur, instauran-  
 dum est, deligandusq; locus ita est, ut commode contusio  
 detegi, ac curari possit.



## De adustionibus curandis. Cap. XIX.

P
**P**rima curatione remedium quamoptimum est quod constat ex oui albo, & uitello, atq; olei rosacei altero tanto, uiolacci, & myrtini, & quantum est eorum omnium pondus, aqua rosacea; uel plantaginis, uel semper uiui uel solatri, uel cucurbitæ, que simul agitentur, ut assolet, & cum lineo panno frigida (si tempus anni calidum sit) atq; è diuerso, tepida imponantur; singulisq; horis mutantur. Fieri autem medicamentum potest ex prædictis aquis, uel ex earum aliqua, cum rosacei pari pondere, atq; eodem modo imponi. Maxime item in initio adiumenti est, si ex lactis humani, uel al'erijs, aquæ rosacæ, & olei ex rosa æqua portione fiat, atq; eodem modo utamur. Item si ex unguento populeone, refrigerante Galeni, & unguento rosaceo, & Sandalino, & lacte humano adustio leniter penna illinatur; & pannus aqua rosacea madens, uel semper uiui, uel plantaginis, frigidissima (si æstus sit) tepida (si frigus) superimponatur. Non illaudatum insuper medicamentum est, quod ex luto armenico orientali, terra sigillata alexandrina, lacte humano, & aqua solatri, uel rosacea fit, & penna (ut supra) adustioni imponatur, & adiacentibus locis; atq; ita frequenter, ut exiccari non possit, donec dolores, & puçtiones mitigentur. Fit etiam ex oui

albo, & brassicæ foliorum succo, siue eius caulis simul agitato, aut ex crudo latere, uel eius luto cum aqua fabrilis, ad mellis crassitudinem dissoluto, & frigido & frequenter superimposito. Nec uiolenter crustæ amoueantur, sed sponte sua decidant. Ex bolo item armenico, & terra sigillata, et macra, cum oleo rosaceo, uel aqua plantaginis uel rosacea medicamē fit, quo lineis pannis frigidissima aqua madentibus superimpositis, locus refrigerandus est, ac ita sæpe, ut exiccari non queat. Vtilissimum præterea est, quod fit ex calce elota, bolo armenico, terra sigillata, macra, cum oleo, & aqua rosaceis; atq; eodem modo illitum. Quod si medicamenta hæc non sint, decoctum ex maluis; porris, uel cæpis, rapis, solatro; & beta, uel la patho acuto; cum aqua ad mucilaginis ( ut ita dixerim ) crassitudinem, et singulis horis ( ut moris est ) imponatur. Fit quoq; ex cimolia, oleo, & aqua rosaceis, ac mire prodest. Quæ omnia initio ( hoc est ) a primo adustionis die ad septimum, uel nonum tutissima remedia sunt. à Septimo autem uel nono die, ubi dolor, putrefactio, atq; iniquies remissa est, & ulcus bene coloratum, ac fere mundum, ad cutem; ac cicatricem inducendam animus uertendus est. Quod fit, si ex unguento calcis usitato, sambuci, uel plantaginis, uel betæ folia illita imponantur, ac bis, terue, in die inouentur. Illini etiam possunt unguento albo caphu

rato, & unguento ex plumbo, quod ex oleo rosaceo, Cæra & plumbo combusto fit.

Ex unguento item pamphiligos, siue ex tutia, ex unguento ex minio cocto, uel crudo. Quod si hæc etiam unguentorum genera non suffecerint, accomodatissimum est, de sambuco; quod hoc modo fit, corticum uidelicet Sambuci uiridium selibra, olei rosacci uncijs octo, quæ ubi lenito igne ferbuere, atq; excolata sunt, cæræ albæ scuncia, cerusæ tenuissimæ uncia tres addendæ sunt, ac simul agitandæ. Cicatricem hijs breui temporis spacio & minus turpem induxeris. Super item inspergendus puluis est ex tutiæ præparatæ semuncia, æruginis ad nigredinem combustæ drachmis duabus. Aluminis saccari in drachma una; balaustiorum uncia una. Aut unguentum lene in plumbeo mortario fiat ex plumbi usli eloti, tutiæ lothæ, lithargyri loti, cerussæ lotæ, singulorum semuncia, cum rosaceo immaturo, aut myrteo, & solatri succo; ~~adustione semper merifice prædest.~~ Cinis item columbini, uel caprini; uel bouilli; uel arietini stercoris. Item ex myrto, aut tamarice; aut lentisco, aut communis Cinis, aut conchiliorum, cum rosaceo aut myrteo illitus quàm optimus semper est. Quod si adustio ad corruptionem, uel correptionem transire uideatur; tum eo modo curetur; quem ulceris malignitas requisic-

*Solarium*

*Conchilia*



rit. Ratio autem uictus, & medendi in adustionibus talis adhibeatur, ut ab abscessu, & corruptione metus nusquam iure esse possit.

De ossibus adustis, & quo pacto ab  
aceruata putredine liberentur. Cap. xx.

**I**N hisce autem uulneribus frequentissime ossa; & multis etiam de causis alterantur. Quandoquidem adustio uehemens ita ea desiccatur, ut nullo unquam modo instaurari possint. Quinimo ad fistulosas concauitates perducuntur, abscedunt etiam propter multam saniem, ac putredinem, ita ut nullus quandoque sanitati locus esse possit. Alterantur item ab aere ambiente, aut propter aliquod medicamentum malam qualitatem imprimens, scilicet; uel plus iusto disiccans, uel plus satis humectans. Ob alias etiam causas corrumpuntur, quas enumerare non necesse est. Quæ ossa corrupta; cum naturæ munere sanari non possunt, uel propter eorum magnitudinem, uel ob altam, longam, ac latam corruptionem, artis beneficio curanda sunt, ne totum membrum, uel iunctura corruptione afficiatur; officiaque eorum impediatur. Proprium etenim est, quod à putrido tangitur, putrescere, & à corrupto, corrumpi. Quare necesse est, ut à docto artifice ad usque sanas eorum partes opportunis insz



trumentis abundantur. Nec te moueat recentiorum atq; Auicennæ sentētia, scilicet, melius esse in extractione ossium uiolenta non festinari, & quæ sequuntur; illud enim de ea praua, ac uiolenta extractione intelligendum est, qua nerui, & uenæ dilacerantur, & ossium pars maior sana, quam corrupta dissipatur. Quæ profectò inconueniens curatio dicenda est. Satius igitur fuerit cum Auicenna eodem loco dicere, corruptionis ossis, curationem esse ipsius fricationem, destructionem, abrasionem, aut serrationem. Præstantiorem autem modum, cum suis instrumentis esse fricationem. Verum in iuncturis, aut spongia; aut aliquo alio pacto uulnus ampliandum est, ut ossis corruptio digito contingi possit. Quæ cognita sensim; ac per interualla temporis ita abradenda est; ut nihil eius omnino relinquatur. Peritus chirurgus quid corruptum, quid syncerum sit; facile cognouerit. In cæteris autem locis, ubi scilicet iuncturæ non sunt, (modo sine noxa magnæ uenæ, uel nerui fiat) uitiosum os ita detegendum est, ut ad sensum oculorum, & tactus chirurgicum opus perfici possit. Quod sensim, & per interposita tempora (ut diximus) & sine dolore (quantum in artifice est) fieri debet, ne afflicteret æger, & locus ex dolore abscedat. Quoties autem abrasio fit, aridis lina mentis uulnus implendum est; ut sanguinis fluor facilius prohibeatur

prohibeatur. extrinsecus autem, & digerentia & quæ do-  
 lorem leniunt et humorum concursus uetant, imponenda  
 sunt. Quod si ossis corruptio ita leuis appareat, ut sine  
 manus ope curari possit, Auicennæ puluis quæ optimus est,  
 Mihi autem etiam probatissima remedia sunt uitriolum  
 combustum, ut uocant atq; ossi denudato superinspersu  
aridis linamentis informata uulnere ut moris est, Aut cæ-  
 ratum aliquod, uel unguentum ex attrahentibus, aut pul-  
 uis, qui ex euphorby, uitrioli combusti, ireos, radices peu-  
cedani, & lumbricorum elotorum in uino, ac furno exic-  
catorum, radices gentianæ, singulorum semuncia; quo to-  
 tum corruptum os inspergatur. Peracta autem digestionem  
 uulneris, et sedato dolore uulcus eisdem abstergendum est,  
 quæ supra. xv. Cap. proposita sunt. Quod si ad carnem  
 super osse gignendam haud satis sunt, linamentis uulnus  
 implendum est, calido iam medicamento illitis, quod sit ex olei,  
 thuris, mastiches, styracis calamitæ, ut uocant, singulorum  
 semuncia, quæ per stillicidium eliquetur. a quæ ite uitæ præ-  
 parate iijss. 4. thuris, mastiches, sarcocollæ, myrrhæ, ire-  
 os, aloes hepaticæ, sanguinis draconis ex lachryma, singu-  
 lorum drach. ac rodomellis iicia quæ tenuissime coterantur,  
 misceanturq;. Verum si per difficile curatu sit fistulosum uul-  
 cus, bertipaliæ oleo (matrè balsami uocant) totum perugent.  
 est, quod nos quæ sæpissime optimum experti sumus, imponen-

4. Fen.  
 Tract. 4  
 Cap. 11

Vuln.

Pul. P

P

Boumpali

dūq; cæratū aliquod, aut unguentū ex desiccātibus, et bis terue in die curandum, & linamenta breuuiora immittenda sunt, ut commodius conglutinari possit, ac ne Callus interne fiat.

De contractis membris, & qua in ijs curatione uti deceat. Cap. XXI.

**I**nterdum usu uenit, ut curatis uulneribus, membra ita contracta remaneant, ut officium suum, ac naturalem motionem, uel nullo modo exercere possint. Quod ijs potissimum de causis fit. Vel quòd fulmineo calore nerui, ac tendines exiccati erunt, uel quòd abscondetium humorum malignitate oppleti sunt; atq; ita contracti. uel quòd infirmi, ac debiles ex longo, & difficile morbo euaserunt. Qui sane post legitimam corporis uacuationem curantur, si calidis temporibus, calido oleo bis die membrum persudatur, uel si balneum fiat ex olei partibus decem, & una aceti albi, ac frictio uehemens adhibeatur, affectaq; iunctura tractetur, moueaturq; sine multo tamen dolore. Aut si balneum præparetur ex cortice radicis altheæ, ulmi, brionie, cucumeris asinini, ænulæ, campanæ, acori, utriusq; lilij singulorum semilibra, fœ nigraei, seminis lini, pinguium ficuum, ac dactylorum

*singulorum libra pedibus arietinis, uel bubulis, bene mū  
 datis numero. X. Intestinatorum item pinguium, ac diligen  
 ter mundatorum ex arietinis, uel bouillis libris quatuor,  
 adiectis arietinis capitibus duobus, quæ cum aqua adusq;  
 ipsorum omnium dissolutionem percoquenda sunt, colan  
 daq; quo balneo utendum, ut supra dictum est. Proinde  
 exiccatum membrum ad ignem hoc medicamento perun  
 gendum est, quod fit ex axungia gallinæ, anseris, ana  
 tis, suis, asini, muli, ursi, gliris, melis, uulturis, leonis,  
 medullæ item crurum uituli, equi, asini, muli, cerui, bu  
 tyri recentis, utriusq; lily, olei insuper uulpini composi  
 ti, amigdalarum dulcium, sesamini, laurini, nucis indicæ,  
 muscelini, styracis, bengiui (ut uulgo dicunt) mucilaginis  
 radicum althææ, fœni græci, seminis lini, singulorum un  
 cia croci tenuissime contriti, semuncia aquæ uitæ præpa  
 ratæ (ut assolet) selibra. pelleq; uulpina, uel leporina in  
 uolutum deligandum est, ne frigore lædatur. Alterum itē  
 ad id medicamentum fit, sed non ita operosum, quod has  
 bet unguenti dialthææ, agrippæ, marciatonis, cæрати ex  
 hyssoponide Galeni, butyri recentis, styracis calamitæ,  
 mucilaginis radicum althææ, fœni græci, seminis lini, ar  
 moniaci, opopanacis singulorum uncia. Aceto dissoluan  
 tur, adiecta suillæ axungia sine sale selibra; aquæ uitæ  
 septies eliquatæ libra. ex lento igne ferueant, adhibenda*

*Galenus*



ut supra dictum est. Instrumenta uero, quibus in extendendis contractis membris opus est, peritis chirurgis inuenienda relinquimus.

De Sclopeto, siue arcibuso inter manus fracto.

Cap. XXII.

Sola hæc armorum dominos suos, æque ac inimicos interdum lædunt, ac tum præcipue, cum inter manus (ut assolet) franguntur. In sexcenta enim discissa frustilla uarijs locis percussos eos pessime habent, grauibusq; uulneribus, ac sælis, & quandoq; morte afficiunt. uidimus ipsi nonnullos, ac deo propitio curauimus, quibus manus, brachia, pectus, facies misere deturparentur. In quibus uulneribus illud præcipue animaduertendum est, suturam ~~ex toto ab initio alienam esse, quemadmodum & in omnibus alijs, quæ hisce instrumentis infliguntur.~~ Nulla .n. tunc uniendi spes in tam graui uulnere, uenenato, adusto, contuso, attrito esse potest. Quamobrem a primo ad quartum diem ijs medicamentis, & eo modo, quo diximus, utendum est. ut ueneno, ut abscessui, ac cæteris malis occurratur. Deinde ad digerentia, ac detergentia transeundum; dum uulnus, & caro ad conglutinandum apta esse uideatur. quo tempore sutura iure habet locum, ac cætera omnia, quæ ob eam causam facienda sunt.

Libri Secundi Finis.

ALFONSI FERRII NEAPOLITANI,

Artium, &amp; Medicinæ Doct̃oris

DE Sclopetorum, siue Arcibusorum

Vulneribus.

LIBER TERTIVS.

De internis Vulneribus. Cap. I.



**I**nterna Vulnera superioris scilicet, inferioris, ac mediꝝ uentris inter sese differunt, prout magis grauia, uel minus fuerint, ordiatur ab ijs quæ superioris uentris, id est, capitis, sunt, quæ grauia quidem certe propter innumeras læsiones, quæ oculis nõ patèt, dicenda sunt. Modo, n. eorũ fractura ad utrasq; caluariæ, siue cranei tabellas penetrat, modo ad interiora capitis cū euidenti ossium separatione, uel sine ea, ut asserit Gal. & hæc quidẽ, quandoq; parua, quãdoq; magna, quãdoq; mediocris est, diuersæ tamen figuræ, quod lata, quod lõga, & triãgularis, uel quadrangularis, uel alterius generis sit. Tum modo cum una uel pluribus uenarum, uel arteriarum fractionibus, atq; in locis non modo uulnere uicinis, sed etiam per quam remotis, interdumq; oppositis. Quæ omnia fracturarum genera in Sclopetorum,

3. de cur  
randis  
morbis.

siue Arcibusorum uulneribus longe etiam maiora, ac difficiliora sunt, propterea quod in his omnis fractura est, propter multiplices, ac diuersas causas; quæ una concurrunt, ut percutiens, incidens, perforans, & potissimum contundens; cuius proprium est continuitatem soluere, cōprimendo, que attingit, ad interiores capitis partes: quæ omnia ægros acerrimis cruciatibus, ac symptomatibus usq; adeo torquent, ut de uulnere, quantumuis exiguo, metus maximus sit. Fit enim sæpe, ut inquit Auic. ut caluaria findatur, integra cute, quinimo abscedat. Ad quorum omnium cognitionem; cum recentes, tum antiqui plurima per signa; causas; & accidentia literis consignarunt; quæ nos chirurgicæ medicinæ studiosis discutienda relinquimus. Vulnere item pectoris omnia formidolosa sunt, si membra interiora potissimum læsa fuerint, quacumq; iter fecerit pila. Propterea quia ossium fragmenta, uel indumentorum, uel armorum, quæ (ut alias dictum est) secum fert, ita absconduntur interdum, ut difficulter indagentur, ac difficiliter extrahantur. quin etiam, et si absq; interna læsione uulnus fuerit, ex aduentitijs tamen rerum frustulis facta corruptio; & punctiones hominem tollunt. Sed tanta membranarum ligamentis, & ossibus dissolutio fieri solet, tanta continui solutio, tum propter pilæ grauitatem, tum propter dissimiles, ac diuersas formas, quas ab



occurrentibus rebus acquisierit, illa ignea ui dissolvente,  
 ut sæpe punctiones incisionesq; faciat, quas ne acutissimo  
 quidem instrumento uel modo ullo quis effecisse possit. Qua  
 re & formidolosa ( ut diximus ) & curatu difficillima  
 iure dicenda sunt. Inferioris quoq; uentris frequentissimè  
 interna lædunt, ita, ut uel nullo negotio, omento, uel  
 intestinis, uel alijs membris officiant. ut ex loco, ubi illa  
 ta sunt, facile coniectari potest. In horum igitur uulne-  
 rum curatione nihil potius est, quàm ut initio res extra-  
 neæ digito, uel specillo inquirantur, inquisitaq; diligen-  
 ter extrahantur. quod facilius fuerit, si ab recenti uulne-  
 re fiat, anteq; ad uentris, uel pectoris penitiora loca des-  
 cenderint. Ac si æger ita collocetur, ut in uulnus iaceat,  
 quo sui grauitati eo facilius ferantur. Purgato deinde  
 uulnere ab omni concreto sanguine, prima curatione ad  
 quartum & septimum diem hoc medicamento utendum  
 est; quod fit ex olei sambucini, rosacei immaturi, uncis  
 duabus; masticinis; myrtini singulorum semuncia, suc-  
 ci perforatæ sescuncia; theriacæ semuncia. Quæ decem  
 dies exponantur in sole, aut ferueant horam in balneo  
 marie, quod uocant. opportunis linamentis, hoc est rot-  
 tundis, uel longis, ut usus exigat, uulnus implendo.  
 Nec interim mittenda sunt cætera, quæ ab authoribus  
 proponuntur, ut ligatura decens, ut linamentorum



Sutura, ac cætera generis eiusdem. Medicamentum insu-  
 per hisce nobilibus membris accomodatissimum, ac tutissim-  
 um est, & mihi quam familiarissimum, quod fit ex cæ-  
*aurij* minoris sesquilibra; uini albi, uel sanguinei odos-  
 rati libris. xv. quæ, ubi ad dimidiam partem ferbuere,  
 & excolata sunt, sapæ libris. x. adiectis, rursus ad uini  
 cumsumptionem ferueant. eo tota curatione uti potes. Cū  
 hoc etiam medicamento, & cum cæteris omnibus, quæ  
 diximus, digerens id adhiberi potest, quod constat ex tere-  
*binthina*, butyro, rosaceo, & oui luteo, uel ex eorum ali-  
 quo. possunt etiam et alia digerentia, detergentia, & car-  
 nem gignentia adhiberi, prout usus ex postulat. Fouēdusq;  
*Curaphy* locus est eo cataplasmate, quod habet farinæ fabaceæ, ac  
 miliaceæ singularum selibram; succi nepetæ, uel eius de-  
 cocti ex uino albo libram; butyri recentis, adipis suillæ,  
 nec salitæ singulorum uncias duas, dissumati mellis, quā-  
 tum satis est, uini albi optimi selibram. His enim medica-  
 mentis maxima contra uenerum, atq; abscessum uis est  
 miro quodam lenimine; quibus, si opus sit, uel tota curatio-  
 ne uti possis. Huc etiam accedunt omnia emplastrorum  
 genera, ut hysis Gal. ut gummi elemi, ut bettonicæ, ut  
*Diapalma* centaurij, ut gratiæ dei, ac diapalme, Gal. toties repetis-  
 tum, & in omni uulnerum genere commendatum, ac cæ-  
 tera omnia, quæ medica facultate usitata sunt. Quod si  
 de interna

de interna inflammatione timeatur, refrigerantibus, ac remittentibus lotionibus, ut in alijs uulneribus fieri consueuit, occurratur. rosaceum immaturum iniectorio instrumēto ( ut uocant ) immittendo, ut concaua omnia repleantur, ac potissimum, si de sanguinis fluore metus non est. Aut fiat lotio ex aquæ rosacæ, plantaginis, portulacæ singulorum selibra; saccari rubri, syrupi rosacæ uncij duabus. Aut ex aqua hordacea, aut ex decocto hordeacæ farinæ, aut amyli hordeacæ, cum saccharo rubro. Lotionibus item uti poteris, quæ ab authoribus ponuntur. Postremo remedium non prætermittendum est in thoracis uulneribus quàm utilissimum, ubi sanguinis plurimum à principio retentum est, uel sanies procedente curatione coaceruata. Tunc enim inter quartam, & quintam costam infra uulnus incisio faciendâ est, hoc modo, mensuretur longitudo à pomo stomachi granato, ut uocant, ad quartæ uel quintæ costæ uertebam, deinde replicato filo eadem linea ab eodem pomo repetatur dimensio, & qua finis erit, quod medium fuerit primæ longitudinis, uertebas uersus incidatur ad pleuram usq; non una tamen sed pluribus sectionibus; ne ea ferro contingatur. Etenim ungue, non ferro incidenda est, ne cum ægri periculo interiora membra uulnerentur. Quod à curantibus maximopere aduertendum est.

Quæ medicamenta tota curatione intrinsecus  
adhibenda sint, ac de fistula curanda

Cap. II.

*Vinum* **C**ontra uenenum medicamenta uim habere debent, so-  
lutasq; partes internas uniendi; quale illud est, quod  
*p* constat ex cosolidæ cum radice, terræ sigillatæ, centaurij  
minoris singulorum drachma una, si ex ijs puluis fiat; et  
cum uino sanguineo, aut aqua plantaginis, aut rosacea,  
aut portulacæ detur, ad quartum, aut septimum diem  
tribus horis ante cibum. Vel ex ijs bolus, cum saccharo  
rosaceo, & diaborraginato; ut dicunt, assumpto desu-  
per aut uino, aut aqua aliqua ex prædictis. Aut puluis à  
*pul.* nonnullis authoribus commendatus, qui fit ex perfora-  
tæ, unctoxici, radicis & foliorum <sup>rosæ</sup> ~~nulæ~~, & potissi-  
mum quæ ex egypto est, seminis raphani & foliorum;  
dictami albi, aristolochiæ longæ & rotundæ, lactuculæ  
singulorum semuncia; de quo drachmæ duæ eo modo, quo  
supra, dentur. Aut uncia duæ, è succis hæbarum quas  
dixi. Aut fiant morselli cum saccharo & aqua acetose,  
ut moris est. Mibi uero semper præsto sunt ex ijs hærbis  
per æreum stillicidium factæ destillationes, è quibus un-  
ciæ duæ calidæ uel frigidæ horis duabus ante cibum, ut  
supra, præbeantur. Vel etiam parua theriacæ, quæ

ex lauri baccharum fit , uncia una , terrae segillatae ale *Thunian*  
 xandrinae , uel segillatae communis drachmis duabus ,  
 & in tenuissimum puluerem redactis , adiectis despumaz  
 ti mellis libris duabus , & lento igne concoctis , ex qua  
 theriaca drachmae duae cum saccaro rosaceo , uel cum  
 buglosato in uino albo , uel nigro assumantur . Aut the=  
 riacae magnae drachma una , eodem modo . Quae omnia  
 medicamenta , uel eorum aliquod ab inflcto uulnere ad  
 quartum , uel septimum diem , ut supra dictum est , uel  
 etiam ad quartum decimum , si opus sit , quin etiam toz  
 ta curatione quam rectissime dantur . Cæterum , medica=  
 mentum , quod pigmentum uocant , recentiores , atq; eo  
 (pace eorum dixerim) passim abutuntur , mirificum est , *Pigment*  
 si legitime utamur . Ego enim in thoracis uulneribus fis  
 tulosis , quibus carne implendis spes nulla esse uideretur ,  
 & saniei profluuio exiccando , & corpori iam tabe af=  
 fecto implendo felici cum successu (dijs gratia) semper ad=  
 hibui . Id fit ex pilosellæ , pimpinellæ cum radicibus , ga=  
 riophilatæ , radicis gentianæ , atq; arthemisie , matrum  
 uiolarum , subrubentium brassicæ ueteriorum foliorum ;  
 cimarum cannabis , senationum , rubicæ , quæ bene mun  
 data sint , singulorum manipulo uno : cinamomi , galan  
 ge , cardamomi , meligette , garyophyllorum singulorum  
 semidrachma , uini albi odorati libris uiginti ; quæ ubi ad



dimidiam partem ferbuere, diligenter exprimito, & excolato; & despumati mellis libras duas addito; rursus lento igne in uitreo uase ad libræ unius consumptionem concoquito, ex eoq; calido selibram, aut uncias quatur, sub auroram quatuor horis ante prandium dato. Potest etiam fieri ex ijs electuarium, & ex eo semuncia, mox aliquid uini albi assumi, præterq; in canicularibus diebus, ob ipsius simplicium calidam uim. Conficiuntur etiam tabellæ (ut uocant) cum saccharo, & aqua rosaceis: ut gustui, & uentriculo, medicina iucundior sit, cum eo, ne interim uini potio, uel plantaginis, uel portulacæ aqua omittatur. Illud postremo non ignorandum est saberrimum medicamen hoc non nouum (ut Recentiores uoluere) sed Mes. antiquum inuentum esse; unde mox Dinus Florentinus; & recentiores cæteri acceperunt.

Quæ medicamenta intrinsecus assumpta sanguinem suppressant. Cap. III.

Sanguis ex internis membris, ut Gal. & Auic. tradiderunt, plurimis de causis erumpit. Sed nos de eo præcipue hoc loco uerba facturi sumus, qui ex incisione, aut fractura, aut cõtusione fertur. quod quidem difficile curatu est; nisi festinanter subuenias; anteq; abscessus fiat,

aut resoluantur uires, aut morbus insanabilis efficiatur. Quod sane fiet, si primo, uel altero die puluerem dedeceris, in quo sit thuris, mastiches, mumie, sanguinis draconis ex lachryma, cornu ceruini usti, coaguli leporei, uel uitulini, singulorum drachma. Scilicet, ex eo drachmas duas in uino nigro, uel aqua plantaginis, uel rosacea. Aut catapotia fiant cum succo corrigiolæ, uel plantaginis, è quibus unum ante prandium, alterum ante cœnam assumatur, dum sanguinis fluor uel ex toto suppressus, uel diminutus sit, quod etiam in omni sanguinis effluxu ex in termis locis præsentaneum remediũ est. Aut detur potio, quæ fit ex trociscorum, siue pastillorum ex charabe, ex terra sigillata, ex stella singulorum scrupulis duobus, cum uino nigro, aut aqua plantaginis. Aut bolus sit cum saccaro rosaceo uetere, & super aliquid uini deglutiatur, uel aquæ, ex prædictis. Aut (si mauis) fiant catapotia cum succo arnoglossi, quæ modo eodem assumantur. Hi autem pastilli, quos dixi, in stremo hoc capite describentur. Dari etiam potest Mcs. puluis, qui constat ex Reubarbari parum tore facti, mumie, terræ sigillatæ singulorum dimidia drachma, cum succo, uel aqua plantaginis, aut uino sanguineo horis duabus ante cibum. Aut potio fiat ex balaustiorum, siue corticum malorum granatorum, siue eorum

R. pul  
B

T. charab.  
ter. sigil

20 vof.

R

Arborum, glandium uiridium, aut aridarum, sumacti, teneritatum uitium, rubi, uirgæ pastoris, rosarum immaturarum, myrtearum baccarum, singulorum semuncia, quæ ferueant in uino nigro, aut aqua pluuiali, in qua candens ferrum extinctum sit. è quorum colatione uncia tres per horam ante prandium, & ante cenam assumantur. Quod si his sanguis uinci non possit, ad narcotica confugiendum est, uelut ad id, quod fit ex philonij Romani scrupulo, & saccaro uetere. ex quibus factus bolus per horas quatuor ante prandium, & ante cenam deuoretur. Aut recentis theriacæ drachma cum saccaro rosaceo uetere, uel recenti. & super aliquid uini, uel aquæ assumatur. Dari etiam potest catapotium ex cingloso, tribus horis ante cibum. Præter hæc, ommittenda non sunt medicamenta, quæ extrinsecus adhibentur, ab Hippo. ac cæteris authoribus commendata. ut est auersio, seu deriuatio sanguinis à superioribus ad inferiora, & contra. ueluti Gal. ex authoritate Hippocratis asserere uidetur: sanguine, inquit, è naribus multo exeunte cucurbitula lateri imponenda est, Sed tamen si fluxus sanguinis enare dextra emanarit, super hepar, si sinistra, super splenem; si ex utrisq; super utrumq; cucurbitulæ magnæ affigendæ sunt. Subdit etiam idem author. si æger non dum defecerit, & uirtus seruata sit, sanguis

phibon

Theriac

Cingloso

5. De curandis morbis.

Cap. 3.

è uena brachij, quod nari oppositum est, mitti debet. Sed paulatim, ac repetita detractiōe; prout uires egri patientur. Similiter faciendum est in omni materia, quæ in aliqua corporis loca defluerit. ad uicina enim; uel opposita loca auertenda est. E quibus uerbis seriem auertendi conijcimus, ut sanguinis fluorem sistamus. Omni enim industria cruor profluens per opposita loca extrahendus est. Particula præterea affecta, & quæ illi uicina sunt, lineis pannis aquæ rosacæ & aceti æqua portionem adentibus, aut quibusdam refrigerantium herbarum succis omni diligentia refrigeranda sunt. Supprimi tur etiam sanguis aque frigide potione. Sed interim comonefaciendus est æger, ut quiescat, ut si leat, neq; uehementer anhelet. Corpus quoq; deligandum est, siue extrema à superiori parte ad inferiorem, & contra. Hæc Galenus fere. Verum si de aceruato sanguine, & concreto in thorace metus sit, plurimum aceti cum aqua ægro potui dandum est, ut liqueat. Quod bis, terue in die, interpositis trium horarum spatijs repeti potest. Quod sane præsentissimum remedium esse solet. ubi uero sanguis resolutus est, medicamenta uiscosa, conglutinantia, & siccantiaq; primo cum aceto aqua comixto, deinde potione ex cotoneorum decocto, & myrti baccarum, & si milium astringentium, mane & uespere duabus horis

5. Metho  
Cap. 5.

Acetum



ante cibum danda sunt . Opitulantur etiam cibi, & potus, qui astringentis naturæ sunt . uel iura sola, uel confusa ad quartum usque diem, prout uires imbecillæ sunt. Sed iam pastilli ( quod supra polliciti sumus ) describantur.

#### Pastilli ex charabe.

Fiunt pastilli ex charabe drachmis Sex . Cornu ceruini adusti, gummi arabici, coralij adusti, Draganti, Acaciæ Hypocistidos; Balaustij, Mastiches; Lactis papaueris nigri assi, singulorum drachmis duabus. Thuris, Croci, Opij, singulorum sesqui drachma cum mucilagini pslij.

#### Pastilli ex terra sigillata.

Componuntur ex sanguinis draconis, Gummi arabici, ramireti, foliorum rosarum cum semine, Amyli assi, Spodij, Acacie, Hypocistidos, Hæmaticis, Balaustij, Boli armenici, Terræ sigillatæ, Hebendenegi, Coralij rubri; Charabe, singulorum drachmis duabus, Margaritarum, Draganti, Papaueris nigri singulorum sesquidrachma, Portulacæ assæ, Cornu ceruini usti, Thuris, Gallarum, Croci, singulorum drachmis duabus, cum aqua Arnoglossi.

#### Pastilli ex stella.

Constat ex Myrrhæ; Castorei, Spicæ nardi, Cassiæ  
Lignæ

Lignæ , Terræ sigillatæ , Corticum Mandragoræ , singulorum Drachmis quatuor , Opij , Crocij , Costi , stellæ terræ , singulorum Drachmis quinque , Papaueris albi , Drachmis sex , Dauçi , Anisi , Sileris montani , seminis Hyosquiami albi , Styracis liquidæ , seminis opij singulorū drachmis octo , conterantur ex uino odorato , fiâtq; semidrachmæ pondere , & exiccantur in umbra .

#### Catapotia ex Cinoglosso .

Fiunt ex Cinoglossi , opij , Seminis Hyosquiami , singulorum drachmis quatuor , Myrræ electæ , drachmis sex . Olibani drachmis quinque , Cariophili drachmis duabus , Cinamomi , fæcis Styracis , singulorum drachmis duabus . è quibus quinque , aut sex dentur in somnum eunti . Non ab re mihi uideor hæc commemorasse , quanquam uulgo fere nota sunt , feci enim , ut si forte non fuerint , promptiora tibi sint aliqua saltem ex eorum simplicibus , quæ nusquã non erunt . Vnde ægris auxilia facile peti possint .

#### De Viçtus , & medendi ratione

#### Cap. IIII .

**V**içtus ratio in Vulneribus capitis , talis esse debet , ut caput uaporibus , & malis humoribus non impleatur . Quamobrem à principio , si non obstet uirium

imbecillitas, tenui uictu semper utendum est, sin autem,  
 uirtuti ante omnia consulendum. In thoracis uero, pro  
 pter continuam spirituum resulationem liberalius est agē  
 dum. idest cibus, & potionibus non ita parce utendum.  
 quæ & multi, & optimi nutrimenti sint, & facile con  
 coquantur. Vt sunt iura, contusa, consumpta, nisi, ut  
ex Gal. dictum est, sanguis astringendus sit. In eo enim  
 casu exiguus cibus auersionis, & astrictionis causa est.  
Ego uero tamen hodie non ausim in omnibus cibum immi  
nuere, propter quorundam intemperantiam, qui ob te  
nuiolem uictum facile deficiunt. Potio autem in capitis  
 uulneribus, pectoris, & uentris, aqua pluuialis, chalybata ( ut dicunt ) cum saccaro, uel iulebo, uel grana  
 torum uino esse debet, aut cum his a aqua ex decocto semis  
 nis coriandri, aut nucleorum pineorum. & præcipue in  
 pectoris uulneribus. Cum autem sanguis astringendus  
 est, aqua ex thuris decocto uel mastiches, aut pluuialis  
 chalybata, aut portulacæ danda est. Nos uero liben  
 tissime uinum aqua mixtum à primo die ad sanguinis as  
 trictionem & uirtutis refectiorem concedimus. In uulne  
 ribus autem inferioris uentris adhibenda omni deligentia  
 cura est, ne cibus excrementitius sit, ne læsa intestina eo  
 grauentur, impleanturq; , atq; ita uulneris curationem  
 impediunt. Sit igitur in septimum, uel quartum decimum

pomb

diem , ijs , qui fit cum aqua pluuiali chalybata lento igne  
 ex furfuribus triticeis , aut hordeaceis ; aut mileaceis ,  
 uehementer expressa , atq; excolata , saccaro adiecto ,  
 qua cum ego intestina animalium elixo , uitulina sicut ,  
 uel arietina , uel hœdina , uel generis eiusdem , atq; cum  
 saccaro , aut sine eo , idem ius ter , quaterq; in die præ-  
 beo . Quòd , si maiorem exiccationem , & uulnerum  
 conglutinationem cupias , pulueris drachma , quoties ci-  
 batur æger , inspergenda est , qui fit ex amyli triticei ,  
 uel hordeacei , Draganti , Gummi arabici , sanguinis  
 Draconis ex lachryma , Consolidæ maioris cum radice  
 leporinorum pilorum minutatim concisorum singulorum  
 drachmis duabus , lapidescentis saccari ( candidum uul-  
 go dicimus ) rosacei , uncijs duabus . Aut oua sorbilia si  
 ne pane , aut iura gallinacea fere cumsumpta , aut decoc-  
 tum hœrbæ , cui nomen caudæ equinæ est , Aut succus ca-  
 pi , uel Gallinæ assæ cum eodem puluere dandus est . uel  
 mastiche uel tragacantha . Testiculi etiam gallinacei ,  
 & morselli cum gemmis nec incouenientes , nec iniucundi  
 esui sunt . In regimine autem pharmaceutico capitis uul-  
 nerum , illud animaduertendum est quod à Principe ex au-  
 thoritate Hypocates obseruatur , ne sicut superfluys hu-  
 moribus impleatur caput , atq; abscessus excitetur . Detur  
 itaq; catholici , aut casia fescuncia cum puluere stecados

Furfuribus

Consolidæ

Oua

Fen. 5.4  
Tract. 3  
Cap. 1.



aut catapotia mastichina ; aut manna, aut casia cum pul-  
 uere Mesuæ ex reubarbaro, mumia, & rubia. In uul-  
neribus uero pectoris ad septimum usq; diem pharmaca  
differenda sunt. ac potissimum si sanguinis fluor ægrum  
infestet. In eo enim casu nihil medicinæ conuenit, nisi  
 astringens ex ijs, quæ proposita sunt. Casia enim pro-  
 pter eius lentorem ab incisus membris prohibendam recte  
 non datur. Quod si tamen ex aliqua causa cogenti dan-  
 da sit, cum prædicto Mesuæ puluere assumatur. Quo  
 quidem sine ea uti satius est. Præbetur etiam pulpæ tama-  
 rindorum sescuncia, aut catholicum, aut manna, quæ  
 medicina omnium præstantissima est. In uulneribus au-  
 tem uentris, perniciosum ex coto medicamentum est præ-  
 sertim læsis intestinis, maius enim detrimentum, quam  
auxilium afferat, necesse est. Quinimmo tota intentio  
 esse debet, ut chlystere per inferna curentur. qui fit ex  
 rosarum immaturarum, baccarum myrti, sumach ( ut  
 uocant ) Thuris, mastichis, amyli, triticei, uel hordea-  
 cei, nucum cupressinarum uiridium, boli armenici, ter-  
 ræ sigillatæ, farinae fabarum nigrarum, caudæ equinæ  
 singulorum semmuncia. ferueant cum uino sanguineo,  
 aut aqua myrtearum baccarum, excolenturq; ut assolet.  
 Cui ego chlysteri adijcio idem intestinorum decoctum cū  
 eodem puluere, quem supra posui. Quod celerius, &

perfectus egerit sine uentriculi concoctione & digestionē  
 iecoris, in quibus uires medicamenti debilitantur. San-  
 guinis autem missio in capitis & uentris inferioris uulne-  
 ribus, eadem serie exequenda est, ut de uulneribus ex-  
 trinsecis dictum habeo. Pro uirium sicut æstimatione.  
 At in ijs, quæ thoracis sunt, formidolosa est. Sanguis  
 enim, qui ex uulnere penetranti fertur, multum sane  
 spiritalis est, maioremq; ob id imbecillitatem, ac resolu-  
 tionem facit, quam qui aliunde erumpit. Qua propter  
 eius detractio non ita libere in thoracis uulneribus fit, ut  
 in cæteris aliorum membrorum. Non enim ab re Gale-  
 nus causam auertendæ sanguinis effusionis considerans  
 nos cautos reddidit, cum diceret, paucum, & peruices  
 sanguinem mittendum esse, ne uirtus immiruetur, quæ  
 sua sponte propter continuam expirationem resoluitur,  
 quin immo ad necem perducit.

Qua ratione plumbeus globulus quandoq;  
 diu sine noxa in corpore retentus  
 sit. Cap. v.

**M**irabile quidem, & uisu, & auditu est plumbeum  
 globulum quandoq; in corpore sine noxa diutissime  
 detineri. Cum de alijs externis rebus, neq; in eodem ge-

nere uulnerum , neq; in alijs hau d quaquam contingat . Etenim cum sagitta , aut offis frustillum , quin etiam pilus ita permanserit , miseris modis ( nisi extrahatur ) hominem torquet . Quod profecto secus esset arbitrandum , ac potissimum de offe , & pilo cum partes corporis sint , & suapte natura siccissimæ , & si putrescendum aptum nutrimentum habeant . Plumbum uero res extranea , & humidæ naturæ . Sicca enim minus putrescunt , diutiusq; conseruantur , secus humida , quæ facilius corrumpuntur . Verumtamen in qualibet fere corporis parte plumbea pila ita sine læsione , ac diutissime detinetur , perinde ac si corporis porciumcula sit eadem natura fabricata . Quod ego ipse hisce oculis sæpius uidi , cum quandoq; per uiginti iam Annos ita retentam extraxerim . Cuius rei causam ut diligenter perscrutemur , quid de natura plumbi authores senserint , exactius inuestigandum est . Galenus itaq; refrigerantem uim habere scribit .

9. Simpl.  
Cap. 22

Nec solum humidæ substantiæ multum , sed aeris , at terrestris parum . quod autem humida substantia in plumbo sit a frigore congelata , celeris eius eliquatio , cum igni apropinquat , argumento est . Quod autem & aereum sit , inditium est id solum , ex his , quæ scimus , augeritum quantitate , tum pondere , si in infimis domorum partibus asseruetur . Auicena , frigidum & humidum

Lib. 2.  
Tract. 2  
Cap. 12.

in secundo gradu esse dicit, & in eo aeream, & terrena uim, nec multa tamen, Vido à Celiaco recentiorum princeps idem asserit; occultam habere, ac mirabilem resolutionem adiciens. Aueroes item plumbo substantiam frigidam, & humidam tribuit, propterea quod inquit quæ ipsum congelauit, frigiditas est, & habet dissoluentem uim carni hominis ipsum comparando, quam uis super ipsius complexionē dominetur frigiditas. è quibus Auerois uerbis colligitur plumbum aliquam habere cum carne hominis similitudinem; quæ causa fortasse est, ut minus illi officiat plumbea pilula, quam cætera extranea. Vel quia humido nato aptoq; ad putrescendum caret. Vel quod illi ob aliquam potius occultam uim, quàm euidenter causam id tribuendum est. Grauitas enim plumbi & innata humiditas repugnant, ne si licet sine putredine, ac noxa diutius corpori immoretur. nisi hoc sibi muneris natura uendicarit. Neq; interim suspicandum est, ne intermouendum pila, locum, unde abiit, ulcerosum relinquat. Natura enim sua sponte instaurat caua, repletq; si qua remanserunt. Non tamen propterea est, cur eam cum cætatius extrahendum cures, ex ea namq; per sæpe seuißima fiunt accidentia. Cum maxime quid extraneum, ut indumenti, ut armorum secum intulit, ut sæpius dictum est. Lædit enim

5. Colli.  
Cap. 43



tunc diuersis modis, pungendo, incidendo, perforando, prout diuersas formas instrumenti, aut caloris ui liquefacta aquisierit. Vnde neruorum distentio, & ex ea mors facile insequitur.

LIBRI TERTII ATQ. VLTIMI  
FINIS.

*An pulvis Venenatus*  
ALFONSI FERRI NEAPOLI-

TANI,

DE Sclopeti, ac similium Tor-  
mentorum Pulvere Co-  
rollarium .



V D I O quosdam esse, nec medicæ  
rei imperitos homines, quibus multo  
aliter, quàm à nobis scriptum est, de  
Sclopeti, siue Arcibusi, ac cæterorum  
similium tormentorum pulvere uidea  
tur. Scilicet non modo non habere Verenum, sed etiam  
ueneni remedium interdum esse salutare. Idq; nonnullis,  
atq; his potissimum rationibus probare nituntur, Nullum  
compositum (inquiunt) ex simplicibus non uenenatis uene  
natum est, Sed hic puluis est huiusmodi, igitur nec is ue  
nenatus est. Quando uires simplicium, ubi commistæ  
sunt, inter se confringuntur, nam quod est remisse caliz  
dum, intensum calorem non auget, sed frangit potius,  
ac remittit. Quamobrem nitrum, cum Sulphure natura  
remissius sit, illud debilitat; quod agit & carbo sua fris  
gida ui. Nitrum insuper extrinsecus impositum, non mo  
do ueneno non inficit, sed putredinibus, corruptionibus,  
corrosionibusq; resistit. Ut in Cancrenis uidere licet,

N

propriū enim aridi medicamenti est à putredine conserua  
 re , idcirco nonnulli nitrum in morbis curandis , etiam in  
 pestilentibus contra uenenum adhibent , nec substantiam  
 modo , sed eius etiam oleum , Sulphur item per sæpe me-  
 dicamentum est , ita ut nonnullis uenenis occurrat ( au-  
 thore Galeno ) oleoq; eius tam foris , quàm intus tutissi-  
me utimur , Quid de ueneno igitur pulueris dubitandum

II est? cæterum non esse uenenatum milites etiam ipsi ostē-  
 dunt , qui recentia uulnera , cum alijs careant medica-  
 mentis , eo replent , non modo sine noxa ulla , sed ita etiā  
 curatu reddunt faciliora , Sed fac etiam illum ( inquirunt )

III esse uenenatum , uenenata omnia igni corriguntur , des-  
 truunturq; potius , ac resoluuntur . Puluis itaq; is , quam-  
 uis uenenum haberet , igni tamen correptus illud uulneri-  
 bus afferre non potest . Quid refert igitur initio uenena-  
 tus sit necne , hæc atq; alia eiusdem generis in medium af-  
 ferunt , quæ facile refutari posse demonstrabimus . Dici-  
 mus itaq; primum , compositorum aliam esse , ac simpliciū  
 uim , atq; huius pulueris potissimum , Cuius effectus sim-  
plicium facultatibus haud proportionatur . Vulnera enim  
 ferme omnia , quæ Sclopetis , siue Arcibus infliguntur ,  
 pessime afficiunt ægros abscedunt , corrumpuntur , putres-  
 cunt , febremq; mouent acrius , quàm ulla alia uulnera ,  
 adeo ut medicamentis non facile uincantur . Quare dicent

dum uidetur , non id accidere ptopter exuberantem sulphuris calorem , uel siccitatem nitri, uel carbonum , quæ singula hoc per se facere non possunt, sed quia ea est pulueris natura , ac malignitas. Qui sane puluis præter simplicium suorum facultates admirabiles quosdã: alios uenentos , fulgurum modo , parit effectus , ut cum in alijs , tum in uinglendra Hispano Duce in pannonia uidere licuit. Cuius cum ferreum thoracem ab Arcibuso pilula immissa tantum percussisset , nullo tamen relicto uestigio , non modo omnia indumenta penetrarat , sed & cutem , & carnem læserat , impressa adustionis nota , ad uolæ manus magnitudinẽ crustaq; facta quàm in cæteris adustionibus altiore. Sed quid de Christophoro Aria Hispano dicam , maximo bellica uirtute uiro , is cum in campania honorate stipendia mereretur , non à colubrina iacto globo , sed globi uiolento , uirulentoq; strepitu brachium illesa cute ita fregit , ut ossa intus partim perfracta partim admodum luxata inuenirentur. Curauimus tamen ipsi , ac cœlesti fauore sanauimus , meritoq; præmio pro tanta re , dignoq; uiro , non minus liberali, q; generoso , ac forti donati sumus : Illud postremo , nullo modo est à me silentio inuoluendum; quod militi in obsidione landresi ( ut uocatur uulgo ) Gallicæ Urbis accidit , qui cum bene calceato pede pilam , à colubrina tum immissam cal-

Pannonia

Campania

Ossa fracta  
non cur



*Calcarum*  
 casset, tam male confestim ab ardenti ueneno non modo  
 pes, sed & crus & corpus totum affectum est, ut nihil  
iuuantibus medicamentis maximo cum cruciatu uitam fi-  
 nierit. Quod quidem certe sine maxima ueneni ui fieri  
 non potuit. Præterea ratio, atq; experimentum docet,  
 quæ per motum acuuntur, inflammanturq; uenenata fie-  
 ri, ut ex iisdem fulminibus potissimum ostenditur, quibus  
 icti alij statim pereunt, nullo apparente adustionis signo,  
 alij aduruntur, alij infuscantur, deniq; alijs alia modis  
 mirificam maxime eorum uim experiuntur. Quæ cum ue-  
 neni maxima indicia sint, ac Sclopeti, siue Arcibusi,  
 cæteraq; eiusdem generis tormenta in morem fulminis,  
 feriant, de pulueris eorum ueneno dubitandum non est.  
 neq; inconueniens est, medicamentum idem, diuersos pro-  
ducere effectus, si diuersis modis exhibeatur, ut in eo li-  
 bro quem scripsimus de Ligni sancti multiplici medicina  
 latius dictum est. Quin & interdum uenenum ueneno cu-  
ratur, ut Scorpionis ictus, scorpione contrito, imposi-  
toq;. Neq; illud multum ad rem pertinet, scilicet uene-  
 nata omnia igni destrui, ac resolui, tum ex eo pulueris  
 uenenum uulneribus non afferi, falsum enim id esse pri-  
 mum cælestia fulmina ostentant, quibus tacta uel sem-  
 per; uel plerunq; ueneno inficiuntur; ut animalia, ut  
*Ving*  
uina; quæ subinde sine periculo assumi non possunt;

Ostendunt etiam & fulmina bellica, quæ cœlestium bona ex parte imitantur naturam. Quare & si quæ percussere, non inficiuntur ita, ut non tuto assumantur, uirulentum tamen globum, non ita dissipant, ac dissoluunt, ut quod habet uenenum, ad uulnera non afferat, ut toties experimentis comprobatum est. Quamobrem concludimus, tum ex ijs quæ dicta sunt, tum quæ dicere possumus, nisi breuitati consuleretur, puluerem hunc uenenatum esse, atq; ex eo illata uulnera non carere ueneno ut dictum est.

F I N I S .

ALFONSI FERRII NEAPOLITANI

MEDICI.

DE Caruncula, siue Callo,

Quæ Ceruici Vesicæ

Innascuntur.

Liber.

AD PHILIPPVM ARCHINTVM.



## PRAEFATIO.



RECTE Illi quidem mihi interdum sē  
 sisse uidentur, qui naturam homini  
 iniustiorem nouercam, quam, æquam  
 matrem esse uoluerunt. Etenim si e-  
 ius uitam ab origine per ætates con-  
 templemur, tot miseris, tot ærumnis premi reperiatur,  
 ut non iniuria dici posse uideatur, nihil esse miserius ho-  
 mine. scilicet parum fuerat eum amplius quam tercentis  
 morborum generibus afflictasse, nisi & ex crementorum  
 itinera miseris quandoq; modis intercluderentur. Quot  
 enim & qualia sedis uitia uidemus, & quam difficile ra-  
 tione tolluntur? Sed omissis cæteris quid de Caruncula,

siue Callo dixerim, quæ ceruici uesticæ innascuntur, quâ misere hominem torquent, quam habent pessime? Profecto omnibus dierum, ac noctium horis (ubi maxime increuere) mortem ante oculos obuersari uideas. Quod quidem certe eo etiam atrocius est, quo sibi munus, uel admodum parum ad huc auxiliij inuenit. cum morbi alij uel sexcenta quisq; remedia repererint clarissimorum uirorū innumeris monumentis illustrata. Quamobrem nos hanc etiam prouinciam, ubi Ligni sancti (ut uocant) multiplicem medicinam scriptis nostris ostendimus, ac Sclopetorum, siue Arcibusorum (ut appellant) uulneribus medicam opem attulimus, eo libentius suscepimus, quod medicine studiosis, iuxta atq; eo morbo laborantibus rem gratissimam facturi esse uideremur. Quapropter quicquid per multos iam annos, & Neapoli, & Romæ chirurgi Romæ cam facultatem publice profitendo, uel intra priuatos parietes legendo, uel disputando, uel longo medendi usu ad eam rem maxime idoneum esse cognouimus, in hunc librum studiose coniecimus, ut in promptu uel omnibus haberetur, unde sibi quisq; copiose, ac salutaria remedia suppeditaret. Quod si tam honesti desiderij dii nos composites effecerint, immortales illis gratias in perpetuum acturi, amplissima sane præmia nostrorum laborum uidebimur esse consecuti. Quamq; nihil est cur desperē,



aliquam etiam nos ex his scriptis gloriolam ( si modo ea moueamur ) ~~adeptum~~ iri . Cum tibi Vir præstantissime me , atq; omnium scientiarum genere ornatissime , probata olim ualde fuerint . Meministi . n . te , cum iam ab hinc quinquenium ( quæ tua humanitas est ) illa perlegisses , magnopere me fuisse hortatum , ut in publicam hominum utilitatem in lucem ~~edere diutius non differrem~~ ; adiecistiq; arridens renitenti mihi , existimare te Venusini poetæ præcepto iam satis admodum fuisse factum . Quamobrem nos tanti uiri autoritate , ac tam graui , sapienti q; iudicio adducti , tuis auspicijs , tuoq; nomini consecrata ( & si serius fortasse quam par erat ) foras damus . Et cui . n . melius , quam tibi Viro doctissimo , ac sapientissimo ( cæterarum autem laudum tuarum altum pelagus temere non attingam ) dicari potuerunt ? suscipe igitur benigno uultu , quale idcumq; est muneris ( plura . n . in præsentia non possumus ) & Alfonso tuum præclarissimis tuis uirtutibus tibi addictum ( ut facis ) ama . Sed iam satis superq; præfati ad eam ipsam rem ( qualis tibi cuiq; rursus uideatur ) propius accedamus .

Ceruicis

## Cervicis Vescicæ Examinatio.

## Cap. I.

**P**artes, quæ in superficie constitutæ sunt, unâ cum as-  
 setuum suorum specie, facile, (ut inquit Galenus) sen-  
 sibus deprehenduntur. Quæ uero in imo corpore latent,  
 exercitatæ cogitationis uirum desiderant, cum in actioni-  
 bus, & utilitatibus partium, tum uel maxime in ea, quæ  
 hæc precedit corporum dissectione, anatomen Greci dic-  
 cunt. Quippe hæc (ut ille ipse ait) docuit nos cum alia  
 permulta, tum cuiuslibet partis essentia proprietatem.  
 Eius ergo beneficio præter Philosophi, & Galeni autho-  
 ritatem, Cervicem uescicæ neruosam esse aperte cognoscimus,  
in interioribus præcipue partibus, ac uescicæ propin-  
quis, neruis scilicet à uertebri caudæ uenientibus, tum  
protensis ad uirile membrum, uescicam, & muscolum ani.  
 Carnosa item ceruix apparet, cum ultra progreditur,  
 carnosio scilicet musculo fabricata. Cuius munus est, eam  
 claudere, & aperire, atq; ita urinam retinere, atq; expel-  
 lere mira quadam reflexione ad postremam usq; glande,  
 per quam procedit iter urinæ. Oblonga insuper, rugosa,  
 ac tortuosa est duobus, tribusue anfractibus. Quapropter  
 per raro tota lotio emundatur. Cervici item uescicæ caro  
 glandulosa musculo uicina adnata est, quæ, ueluti suffoca

p. de Lo-  
cis aff.

De histo.  
Animal.  
Lib. I.  
Cap. ult.  
Lib. 6.  
Cap. 6.  
De locis.  
affectis.

torium, ac constrictorium quoddam, existere uidetur, exitum urinæ, à uesica undequaq; prohibens, uasorumq; spermaticorum ora circuiens, nisi cum urinæ mittendæ uoluntas est. Tunc, n. emollitur musculus, laxaturq; ut ea libere egrediatur, atq; urinarius meatus ab adiacentibus carnibus libere relinquitur. Vesicæ proinde ceruix carnosior redditur, quo magis glandem uersus protensa est, tum spissior, tum crassior ob musculosam substantiam. Ad hæc foramen (magnum canalem nuncupant) urinæ, & genitali semini commune est, genitali quidem semini per duo foramina in extremis seminalibus uasis. Verum in ceruicis extrema parte, & ubi fistula, uel canalis incipit, circumuolutio quædam sinuosa est, in qua si quid aquei humoris, aut rei extraneæ est, coaceruatur, ac retinetur, neq; ab aquosa humiditate tota detergitur, atq; exiccatur. Extrinfecus autem ceruix uesicæ mira quadam sutura, ac uenosa peritonæo (fœmen latine dicunt) fabricata est. Vnde mēbrum initium a sumere uidetur, multis quidem tendinosi ligamenti à pectinis osse productis, ac neruis ab occipite orientibus quam obrem & ad sentiendum, & ad extendendum facilis est. Cæterum uenis, & arterijs constat, in quibus tumentes spiritus inclusi coli extendendo deferuiunt. Sed, ut ad musculum ceruicis reuertamur, scire licet, illum instrumentū esse (ut inquit



Galenus) cuius opus ab electione excitatur, imperiumq; uoluntatis nostræ imitatur, ut pote qui ambiens ceruicem uesicæ, eam ita exacte stringit, ut nihil humoris ex uesica in meatum ingredi possit. Atq; similem quoq; & actionem, & utilitatem habet musculus, qui recti intestini partem extremam ambit. Proinde ipsis resolutis, neq; urinã uesica, neq; stercorea aliud retinere potest. Sed præter uoluntatem paucis omnino interuallis utraq; excernuntur. Urinæ ergo emissio fit, tum propter coaceruationem eius in uesica, tum etiam propter musculi concessionem, ut, et Rasis asserere uidetur.

Cont. 2.

Quid per Carunculam, siue Callum

Intelligendum sit.

Cap. II.

Caruncula innata ceruici uesicæ, siue Callus, male compositionis ægritudo est in urinæ itinere, cum (exempli gratia) uel sponte naturæ, uel ob incuriam medentis, siue ægri initio morbum negligentis, caro ex precedenti solutione continui, incrementum suscipit, cuius propter aditamentum, urinæ fistula angustior redditur, atq; ita urina supprimitur, siue caruncula uniusmodi, siue diuersi generis sit, ut syncera, ut mollis, ut dura, aut fungosa,



aut rotunda, aut cum albedine callosa, uerrucosa, porosa  
 saq; aut alteriusmodi ingenta, tum profunda cum eui-  
 denti duritie, aut summa. Quarum per se quaelibet de sui  
 remotione, ac diminutione indicat.

Quibus de causis Caruncula, siue Callus  
 innascatur; augeaturq;  
 Cap. III.

Lib. I.  
 De locis  
 affectis

**T**ribus in uniuersum modis urinæ fistulam stipari cen-  
 set Galenus. Aut, n. inquit corpus ipsius in tantum  
 tumorem præter naturam attollitur, ut meatus inde occu-

petur. Aut aliquid ei præter naturam, ut uel caruncula,  
 uel callus innascitur, Aut a re quapiam obstruitur meatus.

Nos uero de caruncula, siue callo tantum dicturi su-  
 mus, scilicet quibus modis, quibusue causis oriantur, au-  
 geanturq; subinde ea, quæ ad exactam eorum curatio-

nem faciant proposituri. *Humor* fieri itaq; potest, ut è quatuor  
 aliquo humorum uitio, ac potissimum pituitosi, aut mez-  
 lancholici, aut salsi, aut è crasso sanguine, aut adusto, na-

turæ sponte callus, uel caruncula innascantur, que madmo-  
 dum in cæteris corporis partibus facile accidere consue-  
 rit. *Sunt* Frequentissime autem ex diutina saniei effluuione,  
 atq; assidua eius excoriatione, ob immodicam renum ca-

lesactionem, aut præcedentis abscessus suppurationem, eruptionemq; uesicæ ceruix, ac fistula urinæ exulcerantur, uno aut pluribus locis, tum magno, uel paruo ulcere. uel erodente, aut putrido, aut sordido. Quibus incurandis remedia non exacte, non diligenter ob aliquam causã, ut puta fistole angustiam, aut cruciantem dolorem, uel etiam ob medici imperitiam adhibita fuere, unde mox caruncula innata est.

Fiunt etiam caro, uel callus ex assiduo, arenoso, uel calculoso, uel luteo defluxu, siue id è renibus sit, siue in uesica generetur. Accidit etiam tunc, ut insinuosã illa ceruicis parte, atq; anfractibus aliquid retineatur, ac ueluti nitrosæ quædam particule & uitreæ, fistule intus affigatur, paulatimq; & continenter increscat, cumuleturq; ac demum uelut callus efficiatur, urinæq; iter impediat.

Ex pituita præterea, siue plegamate defluente, modo mucilaginoso, aut uiscido, modo instar oui albi, aut uitreo, aut salso, & corrodente in eisdem ceruicis sinibus, & eodem modo in hærescente, atq; increscente, callus, uel caruncula gignitur.

Ex suppurato item, atq; erupto uesicæ abscessu ceruici partes adiacentes ulcerantur ob tenellam loci substantiã, ac saniei erosionem. quamobrem caro additur, unde urinæ emissio prohibetur.

*Zuloferum  
nitrosum*

*pflugma u  
luginis*

Sæpissime & ipsa ceruix abscedit, ex cuius suppuratione, atq; eruptione id ipsum accidit.

*Gallico  
Cancer*

Ex gallico etiam morbo, aut gonorrhœa, aut ex iocineris, aut cerebri sanioso fluxu ad renes, ac uesicam, tãq; ad superfluitatum receptacula descendente, non modo renes ipsi, & uesica, et ceruix, uerum & tota fistula, quãdoq; exulceratur. hinc fit, ut carunculæ toto illo meatu ad auctæ, urinæ iter facile impediant.

Quod fit etiam ex præcedentibus primitiuis (ut uocant) causis uelut attritione, contusione, soluta continuitate, aut conuulsione, aut fractura, aut uetere uulnere penetranti, aut fistuloso uel in superioribus uel adiacentibus locis.

In ceruice item uesicæ ex præcedenti herniæ, aquosæ, uel carnosæ, uel uaricosæ curatione, id uitium fit, cum uicinæ partes ulcerantur, excoriantur, ac uehementer breui, uel longiori temporis interuallo inflammantur, & cancrosa quadam (ut ita dicam) duritie, & carnosa replentur, atq; obstruuntur.

*Calculi*

Ex calculo præterea qui in uesica habeatur, humoris præ nimo dolore, ac pondere in eam confluunt, ac replent. Tum uirulenta quadam ui, non uesicam modo, sed eius ceruicem, ac fistulam erodunt, illud ipsum incidere neceffe est.



Accidit etiam quandoq; ut per criticam expulsionem *Critica*  
 urina mittatur, ueluti in febribus, cæterisq; interioribus  
 morbis, in quibus criticæ expulsiones fiunt. Quæ quidem  
 urinæ & copia & acumine, & caliditate, & adustione  
 tantam urinarys meatibus inflammationem inducit, atq;  
 excoriationem, ut facile, & ulcerentur, & putrescant;  
 unde caruncula innascitur, atq; Vesica insuper, & uici-  
 na loca usq; adeo quandoq; inflantur, ut non modo scroti  
 colligamenta, & muscoli coartentur, uerum etiam in testi-  
 na ipsa, & (ut uocant) mirach. Quamobrem lotium in  
 tantum supprimunt, ut de ægroti salute uehementer du-  
 bitari possit.

Ex immodicis etiam, atq; assiduis exercitationibus re- *Exercitatio*  
 nes, & uesica à concurrentibus humoribus inflammati  
 exulcerantur, unde extraneum aliquid urinæ emittendæ  
 impedimento est.

Languescunt insuper, ac debilitantur renes ob frequē- *Vnum*  
 tem, atq; immoderatam uenerem, quamobrem debilita-  
 ta continenti uirtute, expultrix plus emittit, quam par  
 est, pro ipsorum renum nutritione, quapropter, quod su-  
 perfluum est in uesicam delatum eam exulcerat, & ca-  
 runculæ, quæ urinam impediunt, oriuntur.

Supprimitur quoq; urina, cum genitale semen, siue in *Summ*  
coitu, siue in pollutione propter caloris defectum ac debile



uim musculorum titilationes excitantem non emittitur.

Quare fit, ut corrumpatur, atq; in dies putrescat magis, quod cum glutinosa illa sua & uitrea substantia uesicæ intus inhæreat, non modo urinam suppressere potest, sed uentri, pectini, scroto, & uesicæ ceruici pessime abscedendi causam præbere, & fistulas curatu perdifficiles ingenerare.

*Abstinentium* Qui bono habitatu sunt, & à uenere ob aliquam causam abstinent, plurimam quandoq; coaceruant superfluitatum uim, unde fit, ut cum ad renes, ac uesicam, tanq; ad sentinam quandam deferuntur saniosa ramenta, ulcera in eis, & ex his caruncula oriatur, urinæq; iter intercludatur.

*Droculis*  
*Podagra* Cum quis item diutius in renes iacuerit, ut in prælo-  
gis morbis, qualis podagra, uel ossium fractura est (frequenter fieri consuevit) illi ipsi renes cum uesica inflammati exulcerantur. Quamprem orta caruncula, siue callo, urinæ iter impediri necesse est. Quod & alijs etiam de causis, quibus, ne longiores simus, consulto superse-  
dimus, accidere potest.

Quibus indicijs Carunculam innatam esse demonstratur.

Cap. IIII.

Sollertis

Sollertis medici officium est ex præcedente morbi inquisitione cum presentia, tum futura prænoscere, atq; ita ad perfectam eius notionem deuenire. Id hoc quidem casu fit, cum per signa, atq; ægri, uel familiarium relationem compertum habemus, morbum (exempli causa) gallicum innatæ carunculæ causam fuisse. Ex eius, n. notis, & magnitudo mali huius, & curationis eius difficultas maiori ex parte cognoscitur; quæ sane ex malignitate eius non modica est, cum morbi contagiosi, atq; atrocis, qualis ille plerumq; est, proprium sit, non facile medicamentis superari; uaricosa item, uel carnosa hernia, uel abscessus, qui ceruicem uesicæ occupari (ut supra est dictum) causam præbuisse possunt. è quibus etiam morbis perdifficilem eius fore curationem haudquaq; dubitandum est. Tanta .n. in hisce sæuitia, ac malignitas est, ut, & medicaminum uis, & medentium uirtus non difficulter infirmetur, minuaturq;. Ex renum præterea antiquo affectu, aut uetere interni membri fistula, aut iocis noris, aut cerebri, symptomatico effluxu (ut dictum est) aut alterius huiusmodi partis facile indicabitur morbus, sed cum difficultate curari posse. Quinimo affecti membri compositio, ac nobilitas, & cum alijs principalibus membris connexio, & loci angustia, & tractandi difficultas non modo difficilem curationem, sed & uitæ peris

culum persæpe demonstrant. Verum, ut cætera signa  
 persequamur, evidenti etiam argumento est eminentem  
 } carunculam ortam esse urina guttatim effluens, uel tortuo  
 } sa, uel longe etiam tenuior, quam esse solet. Sed illud  
 præ cæteris inditium maximum est, cum per Argaliæ (ut  
 uocant) uel specilli, uel alterius instrumenti immisionē,  
 in ea periculum facimus. Ex his .n. facile conicitur, uel  
 adnatam carnem; uel obductum callum, urinæ iter inter  
 cluisse. Quibus sane cognitis, ac diligenter examina-  
 tis ad curandam ægrotationem dijs beue iuuantibus non  
 timide aggredi possumus. Quandoquidem & si ea ma-  
 gni momenti est, & curationis quam difficillimæ, nihil ta-  
 men est, cur ægrotum ipsum deseramus. Cui dum anis-  
ma est (ut sapienter inquit Cicero) spes esse dicitur.

De Spicillis, siue instrumencis, quibus in morbi  
 curatione utendum est Cap. v.

Complura sunt specillorum, siue argaliarum genera,  
 compluraq; eorum quæ uicem præstant. Quibus de  
 primum dicendum est. Sunt igitur maluarum, seu pe-  
 troselini, aut sceniculi, aut alterius consimilis hær bæ tu-  
 riones; siue cauliculi longi tamen, ac doriusculi, quibus  
 carunculam, siue callum inquirere, & rumpere com-

Carfolm

Turio



mode possimus. Candela in super oblonge crassiusculæq; ,  
 at molliusculæ ex arte, atq; usu fiunt, aut ex cera alba,  
 (ut frequentissime fieri solet) aut ex citrina, aut ex uiri  
 ridi cum aliqua æruginis rasæ portiuncula. Erugo. n.  
 maximum detergendo, carunculæq; innatæ curandæ re-  
 medium est, aut commiscendum aliquid aliud ex detergē  
 tibus, aut conglutinantibus, ut infra proponemus. Spe-  
 cillum præterea satis accommodatum est, si ex tereti, ac  
 flexibili plumbea uirga fiat tanta crassitie ac longitudine  
 ut ingredi, egridi q; pro medentis arbitrio commodius pos-  
 sit, quod modo tenuius, modo crassius pro fistulæ angus-  
 tia fabricandum est. Cum utimur ad rumpendam carun-  
 culam, omnino crassius faciendum est; cum uerò candes-  
 cæ loco, tenuius couflandum; tum extrema parte, quæ  
 imittitur, id aliquo ex medicamentis, quæ suo loco dice-  
 mus, est innugendum. Eodem etiam modo ex auro, ar-  
 gento, aut ex simili metallo fabre fieri possunt. Argas  
 licæ quoq; eodem pacto, ex eademq; materia læues in ex-  
 tremo, ac rotundæ, uniformas habendæ sunt, ut facilius  
 intromitti, atq; innatam carunculam incidere, uel mi-  
 nuere possint.

Candela

Erugo

plumbæ

Auro  
Argenteo

Quæ præparatio ante propriam curationem  
 adhibenda sit Cap. VI.



**I**N omni re anteq̄ aggrediare ( ut sapientissime inquit Cicero) ~~præparatio diligens adhibenda est~~, quæ propter anteq̄ innatæ carunculæ propriam curationem aggrediamur; communia illa remedia præponenda sunt, quæ in alijs etiam morbis adhiberi consueuerunt. Cognita igitur ægri habitudine per pharmaca, & uictus rationem peccanti humori primum subueniendum est. Quod fit per sanguinis emissionem, per syruporum, pharmacorumq; exhibitionem, pro ut, humoris uel morbi recentis, uel ueteris ratio, uel necessitas postularit, ac præsertim in gallico affectu, in quo multo acuratius agendum est, nequid mali symptomatis superueniat, ut febris, ut rigor, ut humorum defluxio ad uesicam, testes, membrum. Quæ sæpissime ob id intumescere, ac suppurare pessime consueuerunt. quin etiam frequentissime emoriuntur, adeo ut nulla sit salutis spes, curationisq; remedium; quamobrem ita corpus debita euacuatione, ac sanguinis detractioe præparandum est, ut de noua humorum effluxione dubitandum non sit. Quin etiam ad omnem suspicionem tollendam, ne quid rursus ingenere-  
*Lignum sancti* tur, coacerueturq; sane multum profuerit Ligni sancti decoctum eo modo, ac serie, quam morbi, & ægrotantis natura exposcere uidetur præparatum. Quæ de re in eo libro, quem de eius ligni multiplici medicina conscripsi-

mus, satis accurate à nobis dictum est. Nec quicquam prohibet (si procedente curatione opus sit) aluum rursus leniri, atq; inflammatos humores refrigerari, manna scilicet, cassiæ, tamarindorum, catholici, aut alterius generis soluentibus potionibus. ac potissimum polipodij ex nostra descriptione. Quod sæpe numero ægris salutare experti sumus.

Manna

Quo anni tempore præstet curatio.

Cap. VII.

**O**Mni autem anni tempore, urgente necessitate, curatio hæc adhibenda est, quam, tum differre periculosum est. Quin immo uel eodem die suppressa urina, & ob id ægro periclitante, non minuenda modo caruncula, uel callus est, uerum etiam ceruix ipsa incidenda at qui cum morbus dat indutias, uernum tempus, & autumnale præstat, ac hyemale q; æstiuum commodius est. Martio itaq; mense, Aprili, Maio, Septembri, Octobri, ac Nouembri feliciter res peragetur, hoc est, sine prauorum accidentium metu, & uitæ periculo. In ea .n. anni temperie humorum ille effluxiones, atq; abscessuum congregationes non facile fiunt, ita ut cum ægris melius agatur. Loca insuper quo sicciora fuerint, eo salubriora sunt.

Vrims

Sed illud præ cæteris ægri commonefaciendi sunt, scilicet ut mensẽ, cum minimum, à Venere abstineant, ne partes illæ renum, ac uesicæ seminales debilitentur, inflammanturq; , quod sane maximopere officit.

Carunculam, siue Callum medicamentis præmolliendum esse. Cap. VIII.

**M**ultis sane modis Caruncula, uel Callus medicamentis præmolliendus, ac digerendus est. ut detergi, & minui facilius possint. quod recte hyeme fit, si per aliquot dies iniectorio (ut uocant) diluantur, decocto scilicet fœni græci seminis lini, radicum alibææ, singulorum manipulo, ex aqua pluuiali, aut fontana; quibus percolatis, & aliquo mellis, uel sapæ iniecto, uel decies die calida lotio fiat. æstiuo autem tempore, aut in calidis habitudinibus, fiat ex maluarum cum suis radicibus, hordei mundi, uiolarum, singulorum sesquimanipulo, quibus aqua pluuiali concoctis, atq; excolatis aliquid rubri saccari sit adiectum, quo eodem modo utendum est. aut fiat ex uiolarum floribus, aut utriusq; buglosæ, qui ex aqua hordeacea feruerint, adiecto eodem saccharo. Aut decoctum, & omni anni tempore ex emundatarum passularum, sebesten, intiborum, singulorum

Lohi

Parocho

uncijis duabus , amyli , drachmis tribus , ex aqua hor-  
 dei , & maluarum cum sacco , ut supra est scriptum :  
 aut syrup. de dactylis , uel capillorum Veneris , aut gly-  
 cyribizæ mundæ , ficuum aridarum , dactylorum , sin-  
 gulorum , decem . quæ aqua hordei serueant . Facta pro-  
 inde aliqua ex his lotio nibus , candela uaccinæ butyro ,  
 uel bubalino , aut oleo amygdalino dulci , aut sesamino ,  
 aut communi inuncta , aut aliqua axungia , ut anseris ,  
 ut anatis , imittatur . Spongijs item ex eorundem simpli-  
 cium decocto madentibus , locus extrinsecus fouendus est .  
 Aut ex eo decocto , quod libro secundo de Sclopetorum ,  
 siue Arcibusorum uulneribus , conscripsimus , scilicet cor-  
 ticum radicem Altææ , inulæ , brionis , ulmi , cucumeris  
 asinini , singulorum manipulo uno , fœni græci , seminis  
 lini selibra , bis die per horas duas ante cibum . Aut ex  
 arietinis , uel uitulinis intestinis cum arietino capite quæ  
 aqua discocta sint , fœmem foueatur ; aut oleo , aut re si-  
 mili ut ex arte fieri consueuit . Emplastrum præterea  
 ex anserina , uel anatina axungia , uel consimili , aut ex  
 fœni græci , & seminis lini farina , quæ in uino dulci , &  
 oleo seruerint , aut cæpa sub prunis tosta , & farina tri-  
 ticea , & butyro , uel axungia suilla imponendum est .  
 Quod si æger huiusmodi medicamenta fastidiat , cæra-  
 tū ex axungia suillæ selibra , & lythargirū aurei uncijis

Empl.



quatuor, aut Emplastrum ex amoniaci, bdelij, quae acetum dissoluerit, singulorum semuncia; & axungiae ursinae drachmis tribus, aut caerati de mucilagimbus, & hysopi Philagri, singulorum selibra, aut ex maiori diaquil, cum gummi, uel sine gummi addendum est.

Quibus medicamentis Caruncula

tollatur. Cap. VIII.

**C**onuenit inter Medicae rei professoris Carunculam hanc sponte naturae nullo modo, nulloq; tempore sanari posse, nisi beneficio artis adiuuetur. Naturae. n. sponte augetur potius, quam ulla eius diminutio fiat; quamobrem ars plura medicamenta, pluraq; instrumenta parauit ut incidens, & candens ferramentum, in quibus sane medicamentis diuersitas non modica est. Alia. n. imbecillae uirtutis sunt; alia ualentioris, alia mediae. Valentiora medicamenta appello, ratione nobilitatis membri affecti, atq; affinitatis cum principalibus membris. quae alioquin ualentiora dici non possunt debilitata & praeparatione, & beneficio artis At medicamenti effectus eo perfectior, ac praestantior est, quo minoris modificationis ac laesionis est, sua scilicet moderata abstersione, atq; esicatione, ut Princeps asserere uidetur.

Tum moderata quadam temperie & correctione, quæ gradum non excedat, membri substantiam perdat, & plusq̃ par sit, erodat, ac deuoret. Quæ omnia in perniciem ægrotantium accidere consueuerunt. Qua propter cum membri nobilitas, & ipsius angustis meatus chirurgicam operationem non admittat, incidentis scilicet, & candenti ferramenti, industria quadam medicamentorum munus exequendum est. Quamobrem artifex, præparata candela tantæ longitudinis, & crassitudinis, ut opus perfici possit, partem quæ extremitati propinqua est, per transuersi digiti spatium aliquo ex medicamentis, quæ infra dicemus, innungat. Sed illud præ oculis semper est habendum, ne erodentia medicamenta liquida, aut lenia unq̃ immittantur, maius. n. detrimentum, quàm adiuuentum sanis locis, atq; adiacentibus sequeretur. Adeo etenim urinary meatus tenella substantia est, ut molestiora medicamenta, qualia erodentia sunt, ferre non possit. Quapropter medicina talis adhibenda est, atq; adeo duriuscula, ut uix in transitu fistulæ partem aliquã afficiat. Quod plane tutissime fiet, si tum aliquo subsequentium emplastrorum medicamentum commisceatur, ut cæratum est de mucilagibus, diaquilon (paruum nunc cupant) cæratum de cerussa, Emplastrum de lithargyrio (Tripharmacum appellant) Emplastrum de minio, &

Candela

M

Erodentia

Duriuscula

Diaquilon

Cerussa

De minio

cæteris. In ea .n. dissolutorum Emplastrorum substantia  
 modico negotio miscetur Eodem exemplo puluis sit de me-  
 dicinis debilioribus carnem minuentibus, si ex cærato ce-  
 russæ uncia, lento igne liquefiat, & corticum radicum  
 dulcium malorum granatorum, aut ponticorum in um-  
 bra exiccatorum & in subtilissimum puluerem redigan-  
 tur drachmæ duæ, & misceatur aluminis saccarini di-  
 midius scrupulus, & candela (ut præcepimus) extremi-  
 tas illinatur, quod si medicamen hoc, uel cætera, quæ  
 proponemus, duriora q̄ par est, ob eam pulueris ad-  
 missionem uideantur, olei aliquid, aut gallinæ axungie  
 adiungendum est. Aut illitis manibus oleo, uel axungia  
 diu Emplastrum subigendum est, ut lentescat, quatenus  
 opus sit, eoq; in curatione utendum est. Aut medicamen  
 fiat ex cæрати de mucillaginibus uncijs duabus succi corti-  
 cum capparum, succi cupressinarum nucum, corticum  
 iuglandium uiridiū, aut eius loco, foliorum oleaginum syl-  
 uestrium, uel olearum immaturarum, & portulacæ sin-  
 gulorum drachmis tribus. & ad cæрати speciem redigan-  
 tur, quo utaris, ut dictum est. Aut cæratum fiat ex spō-  
 giæ combustæ, corticis saligni combusti singulorum dra-  
 chma una, quæ secundum præcepta artis conficiantur.  
 Medicamenta autem media sunt si cæрати uncia de minio  
 liquefiat, succi suillæ drachma una, portulacæ drachmæ

Curat  
 Curat

Alum

Spō

Spongia



duæ, & olei frumenti drachmæ totidem; quæ ubi serbue  
 re, in cæratu speciem redigantur. aut cum medicamen  
 componitur ex cæratu cerussæ uncia una lactis fici, pau  
 lum in sole condensati drachmis tribus quæ manibus trac  
 tata commisceantur, aut salis communis, salis gemmæ *Sal*  
 singulorum drachma una cæratu de mucillaginibus uncia  
 una, aut drachma æruginis rasæ parum combustæ cum *Fungo*  
 eodem cæratu. Tutissimum autem & probatissimum me  
 dicamentum est, & quod uires omnes medicamentorum  
 habeat, imbecilli scilicet, ualentioris, ac medij, quod *Sauina*  
 ex sauinae exsiccatae in umbra sesquidrachma fit, ac  
 cæratu de mucillaginibus semuncia; quàm tutissime, n.  
 tractu temporis carunculam omnem sine dolore minuit,  
 ac deinde radicitus tollit, atq; exiccat, quod non modo in  
 hoc morbo experti sumus, sed in omni uerendorum aegri  
 tudine, ubi caro adiecta sit, si puluis tamen super asper  
 gatur, ubi loci opportunitas exposuit. Aut ex hellebori *R.*  
 nigri stercoris murini, salis paululum usti, singulorum  
 sesquidrachma, cæratu cerussæ semuncia, succi porri,  
 aut umbilici ueneris drachmis duabus, ex tragacanthæ  
 adustæ, ostreorum adustorum, calcis non dum aqua ex  
 tinctæ singulorum drachma, cum cæratu de mucillagini  
 bus uncia dimidia. Aut ex albis ouorum duum, quæ sub  
 prunis, uel feruenti aqua induruerint, uitrioli (ut uulgo



dicunt) sescuncia, quae uertantur in puluerem, & con-  
 ficiantur, uel humidis locis in filtro (ut uocant) seruen-  
 tur, ac distillet aqua, de qua semuncia cum caerati de  
 mucillaginibus assumatur, & lento igne in speciem em-  
 plastri redigantur. Aut fiat ex seminis & radicis ser-  
 pertariae singulorum drachma cum eodem caerato de mu-  
 cillaginibus. Aut ex nucis cupresinae, colocynthidos sin-  
 gulorum sesquidrachma, cum caerati cerussae semuncia.  
 Sed illud in caustici medicamento administratione aduer-  
 tendum, quanto innata caruncula antiquior est, eo diffi-  
cilius curari, qua propter imbecillioribus medicamentis  
non sufficientibus, ad ualentiora recurrendum est. Itaq;  
 cum carni ea minuendae propter obcalescentem eius duri-  
 ciem satis esse non uidebuntur, ad eam pungendam, ac disol-  
 uendam argalia, uel specillo bene perforantibus, & in-  
 cidentibus, ut facilius penetrare possint, opus peragen-  
 dum est. nec est cur sanguinis effusionem per haec instru-  
 menta timeamus, saluberrima. n. ea est, dummodo ex  
 caruncula ipsa (nec aliter) effundatur, quod ipsum mo-  
 dico negotio cognoscitur, nobis facile sentientibus immis-  
 sam argaliam, uel specillum repugnante caruncula impe-  
diri, quinimo, tum chirurgicum opus prospere succedit.  
 Vidimus. n. complures sola spicilli, uel argaliae ope cura-  
 ri, cum innatam illam carunculam penetrarent. Urina

axiolum

Serpentaria

colocynthidos

argalia

enim tum egrediens suapte abstergendi atq; exiccandi ui,  
 sine ullo alio artis præsidio sanare potest. quod, si ob  
 morbi malignitatem, assequi non possumus, ad ualentio  
 ra (ut supra dixi) remedia confugiendum est. id fiet,  
 si ex uiuæ calcis, arsenici rubri, quæ aceto diem mace-  
 rando, præpararis, singulorum dimidia drachma, &  
 cum cæрати de mucillaginibus semuncia medica men confi-  
 tiatur. Tutissimum uero illud Alexandri græci medica-  
 tum, atq; omni ex parte saluberrimum, quod fit ex uiz  
 treoli romani, auripigmenti, aluminis rochæ, æruginis  
 rasæ, quæ aceto albo acerrimo per triduum emaceraris,  
 insoleq; exiccatis, singulorum drachma una, cæрати ex  
 cerussa uncijs duabus, quæ lento igne ferueant, exinde  
 prædictorum pulucre miscantur, & ex his factum cæ-  
 ratum in usum seruetur. Aliud præterea tutissimum,  
 ualentissimumq; medicamentum est, quod fit ex præcipi-  
 tati (ut uocant) drachmis duabus, emplastri cerussæ ses-  
 uncia. Aut aut ex zimat (quod dicunt) floris æris sin-  
 gulorum drachma una, quæ aceto; atq; aqua rosacea,  
 quatuor & uiginti horarum spatio macerata atq; exicca-  
 ta in sole, & emplastri cerussæ uncia adiecta usui seruã-  
 da sunt. Aut fiat ex aquæ, qua dissoluuntur metalla (for-  
 tem uocant) drachmis duabus, cæрати cerussæ uncia una,  
 & lento igne cæratum fiat, aut ex aluminis combusti,

*R*  
*H (m. 12)*

Lib. I.  
 Cap. 131

*R*  
*V. 110 P*

*R*  
*P. 111 p. 1*

*Flus man*

*Aq. fort.*

*Alum. v.*

æruginis erasæ combustæ, calcanti (ut uocant) uitreoli  
 combusti singulorum semidrachma cum cæratî de mucilla  
 ginibus, seruenturq; in usum, ut supra dictum est.

Qua ratione internæ partes exulceratæ,  
 atq; inflammatæ curentur post caruncule  
 runculæ diminutionem.

Cap. X.

**F**ieri non potest quin in carunculæ innatæ curatione  
 internæ partes omnes ulcerentur, excorianturq;, &  
 cum dolore, maximaq; erosione, & ardore, & præ-  
 fertim in lotio emitendo. Vnde necesse est aegros non mi-  
 nus, quam ob innatam carnem excrucuari. Opportu-  
 nis ergo remedijs tû proprijs, tum communibus occurrendû  
 est, ne morbus indies increseat. Propria quidem extêplo,  
 et intrinsecus et extrinsecus adhibêda sût; ut loca affecta  
 recreentur, & à corruptione, & ab abscessu defendâtur.

Quod sane initio fit iniectione liquida immittendo, quæ  
 le caprinum lac, assininum, uaccinum, humanum,  
 aut dulcium admygdalarum, aut quatuor seminum frigi-  
 dorum maiorum, uel aquam hordei, rosaceam, planta-  
 ginis, myrtearum baccarum, cndiuia, nenupharis, uio-  
 larum, aut decoctum seminis psilyj, aut seminis maluæ,

Lac capr  
 Assin  
 Uaccin  
 Human  
 Admygdal  
 Psilyj  
 Maluæ



aut solatri, foliorum maluarum, aut uiolarum, aut sum-  
 mitatum fabarum, aut arnoglossæ, aut glycyrrhizæ re-  
 centis, aut quatuor seminum frigidorum maiorum, aut  
 cotoneorum, aut seminis lini cum rasaceo æqua portio-  
 ne. Quibus in lotionibus ouorum quatuor alba secundum  
 artis præcepta, agitata, in principio præsertim maxi-  
 me congruunt. Quod profecto acrimoniæ, & doloris  
 remedium præsentaneum est. Internis etiam lauationi-  
 bus philonium pro antidoto miscendum est, atq; ore sus-  
 mendum, si opus sit, Quæ lotiones sane fieri possunt ex  
 rosaceo immaturo, myrteo, uiolaceo, nenusarino, amig-  
 dalino, ac generis eiusdem cum ouorum albo. Lenimen  
 quoq; fit ex unguento rosaceo, sandalino, refrigerante  
 Galeni, rosaceo, uiolaceo, nenusarino, papaueris, man-  
 dragoræ, atq; eiusdem generis cum refrigerantium hæz-  
 barum succis. Extra uero (scilicet pectini, scroto, pez-  
 ritonæo, & coli) panni conueniunt eiusdem lotionibus,  
 et aquis madentibus, aut in oxicato ex aceti & aquæ ro-  
 sacæ æquis portionibus, aut in succorum, solatri, plan-  
 taginis, lactucæ, & aquæ rosacæ; aceti rosacei, &  
 olei itidem rosacei, in ouorum albuginibus pari pondere,  
 aut in eisdem ipsis, cum suis uitellis agitatis, aceti rosa-  
 cei portione dupla, & paulo aceti adiecto, uel pro his  
 olei uiolacci, nenusaris, & papaueris dupla itidem

philonium



*Opij* portione . quibus omnibus opij aliquod (si uehemens fuerit dolor) addijci possunt . quæ omnia calida magnopere conferre solent . *Panis* Emplastra etiam num fiunt ex hordeacei, fursuracei, uel miliacei panis medulla . cum lacte aliquo, ex eo omni, quod supra memoratum est, quibus *Oua* emplastris ouorum recentium alba cum uitellis commiscenda sunt . Aut ex hordeacea farina, cum maluarum & uiolarum folijs, & nenufaris, uel maluarum, uel fabarum floribus . Aut ex sandalorum, sumach, spodij, myrti baccarum singulorum semuncia . Acaciæ, hypocistidos singulorum drachmis duabus, succi plantaginis, solatri, aquæ rosacæ . singulorum uncijs duabus, tum farinæ hordeacæ, quantum satis est, è quibus cum albis ouorum emplastrum fiat . aut fiat unguentum ex olei nenufarini, uiolacei, succi endiuicæ, plantaginis, semper uiui, lactis humani, mucilaginis psilyj singulorum semuncia, camphoræ drachma dimidia cum cæra alba, quo sane unguento renes, pecten, peritonæum, locaq; adiacentia illinantur . In incremento præterea, & statu cruciantis doloris, prædictis lauationibus aliquid rubri sacchari adijciendum est, aut defecati mellis, aut rhodomellis saccarini, aut rosacæ, syrupperi uiolacei, ziziphini, *Papaueris* aut glycyrrhizæ . Aut medicamentum fiat ex corticum papaueris, amyli, succi glycyrrhizæ singulorū semuncia,

Seminis

Seminis hyosciami drachma, opij grana sex, quæ cum solatri succo & casei aqua, aut mulsa, dissoluta & in speciem unguenti redacta loco detergen- to, & futuræ corruptioni prohibendæ, & dolori leniendo præsentanco remedio sunt. Aut decoctum fiat ex glycirrhiza uuis passis sine uinaceis, sebesten, datilorum simpliciter, uel com- mistim, uel in decocto ligni santi, aut ex teneritatibus ur- ticarum, radicum lampatij acuti, & enulæ cum sapa. In quorum colatura pastilli albeckengi dissoluantur, & sieph album cum opio; aut fiant iniectiones cum succo con- solidæ. aut dissoluatur idem succus cum aliqua prædicta- rum lauationum. Quod si deterfio necessaria sit, quæ pla- ne res è multo emanante pure, & graui eius odore cog- noscitur, quod quidem & erosionem & corruptionem, & uesicæ exulcerationem minatur, sieph de memita, uel ærugine rafa, lapidescens saccarum rosaceum, aut ærugo rafa ad nigredinē combusta, aut egyptiaci aliquid cum lexiuio, aut mulsa cum lupinorum, & lentium de- cocto dissolucendum est. quo tutissime uteris. Sunt qui in hisce lotionibus ad extremum remedium argentum uiuum mortificatum dissoluant. Quo, in internis præcipue par- tibus, me iudice, si ullo alio modo fieri possit, omnino abstinentum est. Candela item unguenti pomphilgos, & apostolorum (ut uocant) uel alius consimilis detergē- tis æqua portione illita immittenda est. Nec non & chal-

hyosiy a  
Opus

Doro An

T Amax

Suff alt

Succy g so

Dera su

Erygo

2c. vof

Egyptiac

♁  
+

po mfo lyo

Apost

*Charisif* citidis Emplastrum cum rosaceo ad unguenti spetiem redi-  
 gendum est. Detergit .n. optime; & conglutinat. Extra  
*Lupin*  
*Tab. d.*  
*Loni* uero ex hordeacea farina, lupinorum, orobi, fabarum,  
 & lentium, cum lixiuio, & syrappo acetoso emplastrum  
*Urtic.* imponendum est. Aut ex urtica, parietaria, malua, uio-  
 lis, umbilico ueneris cum sapa. Aut ex mastiches oliba-  
*Mumia* ni, boli armenici, terræ sigillatæ, hypocistidos, myrtea-  
 rum baccarū, mumia, farinae siliginis, lolij singulorum  
 semuncia, olei rosacei, myrtei, singulorum sescuncia cū  
*Suff* rosacea, & plantiginis aquis. In ~~declinatione morbi~~  
 etiam iniectiones fiant ex sieph albo, siue opio, bolo ar-  
 menico orientali, siue communi, terra sigillata, Alexā-  
*Sord lat* drina, uel alia, sanguine draconis ex lachrima, mu-  
 mia iniecta cum lacte humano; aqua casei, tota curatio  
*Humarifer* ne presentaneum remedium est. ex hematite, cimolia,  
 sandalionibus, ex pastillis de charabe, de spodio simpli-  
*T. Carad*  
*Spod* citer, aut commixtim, aut cum aqua rosacea, plantagi-  
 nis, uel myrtearum baccarum, aut cum decocto caudæ  
*Hypuris* equinae, aut dissoluatur saccarum rosaceum cum aqua  
*Zulia* plantaginis, aut lotio fiat ex tutia præparata, & ærus-  
*Evugo* ginæ rasa combusta cum eadem plantaginis aqua, uel ro-  
 sacea; de qua mentionem fecimus in libro de ligni sancti  
 multiplici medicina Cap. de Vulneribus mentulæ. Quæ  
 sane omnia medicamentorum genera ( prout res exege-  
 rit ) repetenda sunt. In declinatione item, candela, aut



plumbeum specillum aliquo unguento conglutinante, aut cicatricem inducente illitum immittendum est. ueluti unguento de minio, lythargirio, plumbo, tutia, calce, aut de sambuco, aut de tutia præparata, plumbo combusto, antimonio, lithargyrio, cerussa, uel decies elotis cum aqua rosacea in plumbeo mortario, cum rosaceo, aut myrteo duas horas laboriose agitatis. Quæ sane omnia dolorem leniunt, conglutinant, & carunculæ incrementum prohibent, quod semper medico timendum est. communia insuper medicamenta necessaria sunt, ne doloris magnitudine humores inflammentur, atq; ebulliant. quod quidem ab acetosis, salsis, acutis abstinendo, prohibetur. quæ res autem abscessum impediatur, & factum iam medeatur, sanguinis missio, frequens alui deiectionis, cum celesti melle, siue manna, aut casia in primis est. Tum soluens electuarium sebesten, aut leniens aliud, aut uiolaceus, uel rosaceus syrappus, pulpa tamarindorum, catholicon, & cætera generis eiusdem, prout necessitas ipsa sex rerum non naturalium postularit. Quæ sane communia, & propria medicamenta non solum in ulcerum internorum curatione, quæ causa externa inata sint, præsentanea remedia sunt, uerum etiam in quauis interna affectione, unde exulcerationes, dolores, & excoriationes orientur.

Plumbum

Antimonium

VS  
 Manna  
 Cassia  
 Diaprop  
 Casfolio  
 Syr. vo  
 va



Quibus medicamentis abscessibus phlegmonidibus, & herisipilatibus scroti succurratur

Cap. XI.

Quamq̃, & antiqui, & recentiores de huiuscemodi abscessibus bene longam mentionem fecerunt, tamen cum in carunculæ agnatæ curatione ægritudo de membri raritate, ac nervosa eius substantia, nec non uehementi dolore oriatur, opere precium facturum me existimauimus, si, quibus remedijs subueniatur (quod differre periculosum sit) aperirem, prout ex longo medendi usu, & rerum experientia cognoui. Abscedente igitur scroto, uel aliqua eius parte, siue calidus, siue frigidus abscessus sit, quæ res & colore, & dolore, & inflammatione superueniente indicabitur, & si communia remedia præceserint, adhuc tamen iterunda esse censeo, & sanguinis missionem, & deiectionem alui, ut usus & morbi magnitudo postularit. Semper .n. in defluentibus humoribus ab initio propter membri facilem receptum, uenæ incisio basilicæ, & saphenæ opportuna est, ut ab humore locus defendatur, & si quid descenderit, amoueatur. Utatur itaq̃ æger pro tenui uictu, habita, & ætatis, & consuetudinis ratione, deinde ad particulam ipsam curandam proprijs medicamentis deueniatur. In principio lenimentum hoc dolenti loco imponendum est, quod habet rez

Ab initio  
prout

vs

Basilicæ

facei immaturi, myrtbearum baccarum, cotoneorum sin-  
 gulorum semunciam cum cæra. Exinde laboranti partiz-  
 culæ applicetur emplastrum ex solatri contusi uncys qua-  
 tuor, succi solatri, uncys duabus, rubentium rosarum, myr-  
 tearum baccarum singularum semuncia, farinæ hordeas-  
 cæ, & fabacæ singularum uncys tribus, rosacei uncys  
 quatuor, cum decocto solatri, & rosarum. Quo quidem  
 medicamento paucis in diebus nonnullos sanos fecimus,  
 aut fiat emplastrum ex malorum punicorum, rubentium  
 rosarum, lentium, singularum uncys duabus, aqua & ro-  
 faceo ferueant, aut fiat ex farina hordeacea, & fabacea  
 singularum selibra cum aceto albo, aut nigro, Aut ex tez-  
 neritatum hyoscyami, hordeacæ, & fabacæ farinæ pa-  
 ri pondere cum rosaceo, & uiolaceo secundum artis præ-  
 cepta. quod si ab his æger abhorreat, madentes panni in  
 succo salatri, semperuiui, portulacæ; rosacei, & aceti  
 æqua portione, aut in oui albugine cum rosacei immatur-  
 ri, myrtei, succi portulacæ, & aceti pari pondere impos-  
 nantur. In morbis autem incremento, & statu lenimen-  
 tum fiat cum olei chamomælini, amygdalni, rosacei myr-  
 tei æquis portionibus. Imponatur emplastrum ex florum  
 chamomillæ, & meliloti singularum uncia, farinæ fœni  
 græci, & fabacæ singularum uncys tribus. seui caprini  
 uncys quatuor, cum rosarum, & chamamillæ decocto,  
 cum ab igne remouebitur, additis uitellis ouorum tribus.

P. Scyphus  
 #

Hj. Scyphus

panni

Albu. ovi

ol. camol  
Amygdal

#

Aut ex farinæ triticeæ, & fœni græci singularum seli-  
 bra. Axungia gallinæ, olei uiolacei singulorum uncijs  
 quatuor cū uino albo, aut in incremento, statu, & decli-  
 natione ex pulpæ passarum uuarum, fabaceæ farinæ, cice-  
 ris, & lentium singularum uncia, cumini semuncia, olei  
 liliorum cœlestium, sapæ singulorum selibra. In sola autē  
 declinatione fiat ex diaquil. minore, diapalmæ singulorū  
 sexcuncia, ursinæ axungia drachmis tribus. Quod em-  
 plastrum quarto quoq; die imponendum est, quod si abs-  
 cessus maturescere incipiat arte adiuuetur, incidatur &  
 curetur ut fieri consueuit. Cum autem frigidi humoris pec-  
 cantis inditium est, in scroto abscedente, optimum reme-  
 dium tota curatione est emplastrum ex triticijs furfurib;  
 in tenuiorem puluerem redactis, libra una, uiui sulphuris  
 semuncia, ammoniaci aceto dissoluti uncijs duabus, oxy-  
 mellis simplicis, quantum satis est, quod calidum impona-  
 tur, aut ex arentium rosarum, mille folij, stercoris capri-  
 ni æqua portione cum uino albo, aut lenimentum à princi-  
 pio ad finem ex cimolia aceto dissoluta, aut ex lithargyryj  
 aurei, plumbi usti, olibani, mastiches colophonice assæ, fe-  
 tidæ aloes, singulorum semuncia, cum oleo, & aceto rosa-  
 ceis; & in mortario plumbeo agitatis, quibus bis in die  
 abscedentia loca illinantur, aut fiat ex furfuribus decoctis  
ex uino, aut ex semine lini cum uino, aut foueatur locus  
 bis die spongij hoc decocto medentibus & parum expræs

*Passula*

*Diapalma  
Diapalma*

*Triticijs  
Sulfur*

*Millefolij  
S. uincij capri*

*sis, scilicet seminis fœniculi, apij, petroselini, carui, dau  
ci, anisi, cimini singulorum uncia cum uino albo. ferueant  
ut ex more artis fieri consuevit. Illud autem diligenter ani  
maduertendū, ac præ oculis semper habendum est, ne sup  
puratio abscessus distrahatur, et relinquatur sanies. Qui  
nimmo antc absolutum humorum concursum & perfectã  
curationem incidatur, ne scrotum ac testiculi emoriantur.  
Quod sane breui tempore fit, nisi diligenter prouideatur.  
Quod si tamen contingat, ad corrupti amputationem (ne  
pars sincera trahatur) deueniendum est.*

*Qua ratione sanati conseruentur.*

*Cap. XII.*

**P***Rudentis medici consilio prouidetur, ne caruncula,  
uel callus (ut quandoq; accidit) rursus innascatur.  
quod quidem rebus sex non naturalibus fit, prohibendo  
scilicet humorum acumen atq; adustionem, & à noxijs  
abstinendo ne rursus humores defluant locum infecturi.  
A uenere igitur potissimum abstineat, qui iam, sanitas  
tem est consecutus, dum cicatrix bene inducã sit. Alio  
quin facillime locus labefactari possit, ut pote infirmus,  
ac debilis. Idcirco præter illa, quæ ad uictus rationem,  
& pharmaceuticum regimen attinent, optimum qui  
dem remedium fuerit ligni sancti decoctum, ut in eius li*

*Lignu*



bro diximus, cum de renum, & uescicæ ulceribus ageretur. In omni. n. curatione, atq; in omni ætate, & in quouis humoris affectu, siue calidus, siue frigidus sit, salutarem inde habebis medicinam. Quod si ab usitata, atq; integra eius assumptione abhorreas, in prandio saltem, & cæna eo abstinentum non est. cuius præparandi rationem eodem loco descriptam inuenies. Vrinæ autem iter recte tuebere, si candelam butyro, aut oleo myrteo, aut rosaceo, aut amigdalino, aut aliquo unguento ex his, quæ cicatricem inducunt, illitam immittas, aut ea ex emplastro chalcitidis, uel diapalmæ fiat, quæ siue per se, siue ex aliquo oleo innuncta mirifice prodest. Si autem inter immittendum carunculæ, uel calli impedimentum, id est, eminuentiam sentias, ex uiridi cæra, hoc est, ex æruginè rasa commista (ut pharmacopolæ nouere) conflanda est. Aut aliquid olei uitrioli distillati, eæ cere uiridi, uel alicui dictorum Emplastro more artis admisceto. Desicat. n. carnemq; omnem superfluum minuit. Ita ut non modo preseruandi sed etiam curandi presentaneum sit remedium. Quæ omnia, quoties opus fuerit, repetenda sunt.

Hæc habui de huius carunculæ morbo, quæ dicerem, cū præsertim breuitati pro uirili consuleremus. Quæ si medicis (ut spero) probabuntur, non dubito, quin & ægris ualeitudinē medendo, et sibi ipsi decus q̄ facillime pariāt.

F I N I S.

# Hoc opere comprehensorum Index.

Liber Primus.

Prohemium.

Quid sit Vuluus per sclopetum siue Arcibusum illatum. Cap. 1

Quid per adustionem hoc genere uulneris sit intelligendū Cap. 2

Quæ sit membri adusti curatio Cap. 3.

Sclopeti uel Arcibusi puluerem uenenosum esse & in quo genere ueneni reponatur. Cap. 4.

Cuius facultatis beroarticum medicamentum curationis initio eligendum Cap. 5.

Quid per contusionē hoc genere uulneris sit intelligendū Cap. 6

Quæ curatio contusioni conueniat Cap. 7.

Quid sit fractura & quæ eius species huic uulneris generi frequenter accidat. Cap. 8.

Quæ propria sit fracturæ curatio ac necessario cōsideran. Ca. 9

Quot sint eius uulneris curandi rationes Cap. 10.

Liber Secundus.

Qui sit in compositis uulneribus curandis tenēdus modus Cap. 1

Quæ ad primum & quintū canonē obseruandū pertineant Ca. 2

De annullato specillo atq; Alfonso Instrumento ac gruino rostro Cap. 3.

Quæ medicamenta extrinsecis uulneribus conueniant curationis initio Cap. 4.

De medicamentis in extrinsecis atq; ignobilibus membris sanguinem suprimentibus Cap. 5.

- Quæ medicamenta locis uulneri adiacentibus conueniant à prima curatione ad securitatem abscessus. Cap. 6.
- De digerentibus medicamentis ac dolorem lenientibus & quæ abscessum prohibeant Cap. 7.
- De reprimentibus medicamentis Cap. 8.
- Quod saniei necessario exitus dandus sit. Cap. 9.
- Quæ ad septimum canonem pertineant. Cap. 10.
- De aluo ducenda Cap. 11.
- De sanguine mittendo & quando id fieri debeat Cap. 12.
- De uictus ratione Cap. 13.
- Quibus medicamentis abscessibus & dolori subueniatur Cap. 14.
- Quæ medicamenta putridos neruos ac tendines detergant & à putredine tueantur Cap. 15.
- De inquietudine uigilia dolore & quo pacto curentur Cap. 16.
- Quo nam pacto neruorū distentio seu conuulsio curetur Cap. 17.
- De maiorum bellicorum fulminum contusionibus Cap. 18.
- De aduersionibus curandis Cap. 19.
- De ossibus aduertis & quo pacto aceruata putredine liberentur. Cap. 20.
- De contractis membris, & qua in ijs curatione uti deceat. Cap. 21.
- De Sclopeto siue Arcibus inter manus fracto. Cap. 22.
- Liber Tertius.
- De internis uulneribus Cap. 1.
- Quæ medicamenta tota curatione intrinsecus adhibenda sint & de fistula curanda Cap. 2.

Quæ medicamenta intrinsicè absumpta sanguinem supprimant

Cap. 3.

De uictus & medendi ratione. Cap. 4.

Qua ratione plumbeus globulus quamq̃ diu sine noxa in corporè retentus sit Cap. 5.

Corollarium Primi libri.

De Caruncula.

Cerviçis uesicæ examinatio Cap. 1.

Quid per Carunculam siue Callum intelligendum sit Cap. 2.

Quibus de causis carūcula siue callus inascatur augeaturq̃; ca. 3

Quibus indicijs carunculam innatam esse demonstretur Ca. 4

De specillis siue instrumentis quibus in morbi curatione utendum est Cap. 5.

Quæ preparatio ante propriam curationem adhibenda sit ca. 6

Quo Anni tempore præstet curatio Cap. 7.

Carunculam siue Callum medicamentis premolliendum esse. Cap. 8.

Quibus medicamentis caruncula tollatur Cap. 9.

Qua ratione interne partes exulcerate atq; inflammate curentur post Caruncule diminutionem Cap. 10.

Quibus medicamentis abscessibus flegmonidibus & herisipilatis bus scroti succurratur Cap. 11.

Qua ratione sanati succurrentur. Cap. 12.



ACVS FIGVRA

Et quia loco proprio fuit dimissa lege pro eius de-  
claratione Lib. II. Car. 34.

Quæ perperam impressa fuerunt  
sic legantur.

Lib. I. Car. 16. solutionem lege resolutionem,

Lib. I. Car. 21. tetergētibus, lege detergentibus

Lib. II. Car. 63. abundantur, lege abradantur

Lib. II. Car. 57. alius, lege aluus.

Lib. III. Car. 81. intermis, lege internis.

Lib. III. Car. 78. nulæ, lege enule.

De Caruncula Car. 107. mado, lege modo.

De caruncula Car. III. uiformas, lege uni-  
formas.

. . . . .

7

















Ida W. Schuman



FERRI, Alfonsi. DE SCLOPETORUM SIV AR  
libri tres. 8vo, unbound. Rome, 1522.

FIRST EDITION. Ferri (1500-?) of Naples maintains in this work, among the best concerning gunshot wounds, that they are accordingly. He characterizes them as follows: the bones are treated in detail, as are the cranium. He also describes an "antidote" to bullets, and was the first to mention "grazing shot," which he concluded was the "spirit" touching the wounded.

1. Mx. —

DE ARCHIBUSORUM VULNERIBUS,

ne, 552.

of Naples, physician of Pope Paul III,  
the best produced during the 16th century  
they are poisoned and must be treated  
them as burnt or poisoned. Wounds of  
s are interior wounds of the abdomen  
a instrument for the extraction of  
ion wounds caused by cannons and by  
dore the result of the "poisonous

2211 BROADWAY, NEW YORK 24, N. Y.

1. Mx. 95-

RU  
96.3  
Fl1

1.772 - 1.773



FIVE BOSTONIAN MASSACHUSETTS  
1882

... physician, Dr. John ...  
... best medicine during the 19th century  
... they are gathered and may be treated  
... as a part of poison. ...  
... as the ...  
... an ...  
... other ...  
... were the result of the ...

2211 Broadway, New York 24, N. Y.

1. Mx, 452

COUNTWAY LIBRARY OF MEDICINE

RD  
96.3  
F41

RARE BOOKS DEPARTMENT



